deus tuus mundū totum habere non dicitur ꝙ diu te nō habebit. Qua frōte qua audacia totū tuū facere denegabis deū ꝙ de teipſo totum ſuū fecit. Et qꝛ dilectio facit matrimoniū3 que inꝙ eſt dilectio niſi coniunctio conuenietis cū conueniente. Sollicitat te de matrimonio in puerbijs. 23. Dicens fili: michi prebe coꝛ tuum hoc fit per amoꝛem per quem transfertur coꝛdis dominiū in amatū. Eſt enim dicit dyoniſius amoꝛ qui nō ſinit ſuos eſſe amantes ſ3 amatoꝛum. Illi etiā quē diligimus dicimur dediſſe coꝛ noſtrum. Hec eſt tota ſola ⁊ inſtātiſſima petitio ſua videlicet ama. Attende ſi amoꝛ tu⁹ eſt ad donandum vel vendendum vel ad auferendum. Si ad donandum. vbi poteris eū collocare ꝙ ī eo qui ſpecioſus eſt foꝛma pre filijs hominum in quo etiam ſūt omnes theſauri ſapientie ⁊ ſcientie abſconditi ſicut dicit apoſtolus ad Colocēſes. 2. Si paruum nouellū3 ſeu paruum ludicrum habes ad donandum nonne apud te deliberas quo poteris meli⁹ applicare. Quare ergo tanta conſideratione de ta3 minimo dono deliberas ⁊ tantū3 munus ſicut eſt amoꝛ tuus ſine deliberatiōe proijcis. quod tam fructuoſe tam honoꝛifice poſſes aſſidere.

pu. 23.

Dionyſi⁹. Ad amorē diuinū excitatio.

Quomō cogitationes cordis ī tuto collocantur.

Item nonne vides luſoꝛem ſcacoꝛum tactum ſuū a ſcacoꝛio ſubleuatū in manu ſua diu tenere ⁊ cum multa deliberatione aſſidere vt ī tuo collocetur ⁊ ne ex aduerſo rapiatur. Unde ergo tibi ꝙ tu coꝛ tuum ſuper loca tam periculoſa ⁊ ab aduerſarijs acceſſibilia tanꝙ ad diſcoopertum proicis. Ubi tibi cōcludit in angulo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et dicit eſchec et mat. luſor cauet ne ſcacuz ſuum aſſideat ad diſcoopertum et cor tuum diſcoopertum in via aduerſariorum ponis? Eſtne tibi maior cura de ſcaco ꝙ de corde. Timet luſor amittere ludum ymo ſcacum ⁊ tu non times amittere cor tuum. Si vis cor tuum in tuto et ad opertum ponere affectus tuos ab exterioribus retrahas ⁊ eoſdem ad tua interiora ſtudeas reuocare ⁊ tunc ſecure potes ludere non enim erit ibi quo ſcacus tuus. i. cor tuū capiatur. Unde dicit. Eccleſiaſtic⁹. 32 precurre prior in domuz. i. in domū cōſciētie tue. Prior dicit ne aduerſari⁹ preueniat te et illuc aduoca cogitationes tuas te colligendo et illic lude q: tibi prodeſt itēdere ad ludū tuū. Multū poſuiſti ad ludū qm̄ clauſtrū intraſti ⁊ ideo cauendū tibi valde eſt a malo tractu. Attende ꝙ in iſto ludo fecit tibi gratiam in hoc ꝙ dedit tibi prius decios vt poſſis iactare quo vis: tempus ſcilicet ad penitenduz. Noli ergo decios in manu tua diu cōcutere. ſed iacta ne decīj auferātur de manu tua ideſt tempus de poteſtate tua ⁊ tunc queras tempus penitentie ⁊ inuenire non poſſis quia cum acceperit tempus quaſi decios ipſe iuſticias iudicabit. Decios volunt in manu qui correctionem vite ꝓ ponunt nec ad effectum ꝓducunt propter hoc dicit criſoſtom⁹ lucrum nobis nunc datū eſt i penitētiā. Tūc autez q diſcernit ſolus domin⁹ calculi ē quaſi diceret. modo tenemus decios ad lucrādā veniam. Per ludū penitētie in iudicio domi

De tēpore penitentie.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nus decios habebit ad retribuēdaꝫ mercedē iuſticie. Item ſi a vendendum eſt amor tuꝰ Nōne ipſe multo precio emit et ꝓ illo ſoluit pretiū ſāguinis ſui ſicut dicit apoſto. i. cori. 6 Empti enim eſtis pretio magno. Item preuenit te amore qr ipſe prior dilexit nos ſicut di- cit Johannes. Apocali. i. Vñ ꝗuis omni alij rei amor denegare ſe nō poſſit: nullatenꝰ ſe cōtra amorem deffendere poteſt vel debet. ſi au- tem pretium iam perſolutū ſāguinis ſui ꝓ ſolo amore tuo non ſufficit. attēde regnū celoꝝ ꝓ ſolo amore tuo tibi venale expoſitū cui nulla merces comparari poteſt imo totꝰ deꝰ i ſoliꝰ amoris preciū ſe exponit. O ꝙ ꝓ bono ⁊ leuiſſimo foro ſeipſum dat deus ꝓ ſola ſcilicet volūtate bona. Nec enī aliqd eſt quod vltro bōa volūtate habeatur. nec etiā feſtuca vna ſi volueris diues fieri. ſi pulcher. ſi nobilis ſola voluntas ſufficit ad te ditandū ad te decorādum ad te nobilitanduꝫ. ſi efficaciter volu- eris deum habere. velis et habebis: volūtati enim efficaci ſe denegare nō poterit et ita de nulla re ita bonum forum iuenies ſicut de domino omnibꝰ enim precijs venalis eſt deꝰ vnicuiqꝫ enim ſe dat pro eo quod habet vt dicit. auguſtinꝰ. Itē ſi ad auferendum amor tuus: que maior violētia ad amorem obtinendū inferri poteſt ꝙ maiori pro amore. In hoc commendat id eſt commendabilem reddit chriſtꝰ charitatem ſuā ꝙ pro nobis mortuus eſt. vt di dicit apoſtolus ad romanos decimo quinto. Sed ne mortem iſtius amici obliuioni trade

Amore emitur re- gnū celorū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ret iuxta morem vxoris maritate que frequē=
ter mutat maritum et nouis ſuperuenienti=
bus veterum obliuiſcuntur. Ideo tot amorꝭ
ſui memorialia ibi decreuit relinquere iuxta
verbum eccleſiaſtici viceſimonono Memor
eris amici tui in animo tuo. ſemper conſueue
runt amoroſi in amicitiarum ſuarum memo=
riam quedam munuſcula penes amicos de=
ponere vt puta corrigie vel cutelli quomo=
do ergo illius poteris obliuiſci qui tot tibi re
liquit amoris memorialia ⁊ beneficia. cum tā
beneficiorum aſſiduitas ꝙ bñficiū ieuitabilis
preſentia ad aſſiduam memoriam te inuitēt
vt caſſiodorꝰ. Quāta īſania eſt illiꝰ memoria
carere quam preſentem ſemper conſtat exiſte
re. Nonne etiam ipſe carnem ⁊ ſanguinem ſu
um ſub ſacramento tibi in memoriale precio
ſiſſimum reliquit dicens in euāgelio. Mathei
xxvi. hoc facite ī meaꝫ cōmemorationē. Quo
modo potes illius obliuiſci quo paſceris ⁊
potaris. cum quidaꝫ in libro. i. Eſdre. iiij. Di
cant ſe memores ſalis quod in palatio come=
debant. Nonne bene eſt memoriale mirabi=
lium ſuorum eſca illa ſcilicet quam dedit ti=
mentibus ſe. Pſal. 110. Noli ergo chariſſima
obliuiſci omnis retributiōes eiꝰ ꝙ etiā vt tui
memoriā haberet cicatrices vulnerū in mani
bus ⁊ pedibꝰ tamꝙ quoſdā nodos ī corrigia
reſeruauit dicit enim ipſe ꝑ yſayā. xlix. ¶ Nō
obliuiſcar tui in manibꝰ enī meis deſcripſi te
quaſi diceret. At te obliuioni minime traditā
agnoſcas ī manibus meis detinui pro te vul

De deo nō obliuiſcē=do.

Caſiodo.

Nota'bñ qd ſeqtur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nerum cicatrices. Noli ergo chariſſima mirari: ſi tibi flagella ad ſui memoriam in corde tuo mittit qui pro amore tuo fuit ĩ ſuo corpore tam grauiter flagellatus ⁊ in augmentum memorie vulnerum cicatrices in ſuo corpore reſeruauit.

## ¶ De diſtinctione matrimonij ſpiritualis. Ca. 28.

Nota triplicicem diſtictionẽ matrimonij.

OStenſa conuenientia tam deſiderabilis matrimonij anime cum deo ⁊ q̃ amore mediante illud matrimonium celebretur iam reſtat videre de qualitate matrimonij. Circa quod notãdũ ꝙ triplex eſt diſtinctio matrimonij. nam ẽ matrimonium iniciatum ſiue inceptum. Eſt matrimonium ratum ſiue confirmatum. et tertium eſt motrimonium ratum ſiue perfectum: iniciatur per verba de futuro confirmatur matrimonium per verba de preſenti et perficitur per coniunctionem mutuam ſubſequentem iuxta prefatam ſimilitudinem carnalis matrimonij. conſiderare oportet matrimonium ſpirituale. Inicianturnuptie ſpirituales inter chriſtum ⁊ animam nouiciatu. confirmantur ĩ profeſſione ſed perficiantur ĩ gloria quãdo inſeparabiliter aĩa chriſto coniunget. Si nouitia es chariſſima attẽde matrimoniũ ſpirituale inter te et chriſtũ verum ſponſũ tuum incepiſſe. Si profeſſa es attẽde matrimonium eſſe confirmatũ et tandẽ in regno celoꝝ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

perficiēdū fore. tunc enim fatuis virginibus excluſis ille ſole que parate inuenientur introibūt cum ſponſo ad nuptias mathei. 25 Hec ſūt que de matrimonio incepto. confirmato et conſummato diximus. ſignāter dominꝰ ī hieremię. ij. ca. loquens anime clauſtrali exprimit dicens. Recordatus ſum tui miſerans adoleſentiam tuam et charitatem deſponſationis tue qꝛ ſequuta es me in deſerto ꝙ dicit miſerans adoleſcentiam tuam hoc pertinet ad nouitias que inceperūt matrimoniū cū xp̄o. qđ ſequitur charitatē deſpōſtionis tue ſpectat ad profeſſas q̄ matrimoniū cōfirmauerūt. Quod vlteriꝰ dicit ſequuta es me ſpectat ad ꝓfeſſas q̄ matrimoniū cōſūmauerūt. ¶ De p̄mo notādū ꝙ miſerat dñs adoleſcētulꝫ ſuis. i. nouicijs q̄ ī tenera etate ꝑpt vba labioꝝ eiꝰ vias duras ſcilicet labores ordinis difficilles ſūt agreſſe. De quibꝰ adoleſcētulis. dr̄ in. Canti. i. adoleſcētule dilexerūt te nimis. Jdeo dicit nimis qꝛ corda iuuēcularū maioris ſūt adherētie ⁊ tāq̄ noua teſta odorē capiūt quē modum īueterata ſeꝝpiūt. Jdeo ī illa etate p̄cipue cauēdū eſt cordi tuo ne amore turpi imbuat que amorē ſpiritualē p̄cludat. Adoleſcēs enī iuxta viaꝫ ſuaꝫ ſiue bōa ſit ſiue mala etiā ⁊ cū ſenuerit nō recedet ab ea ſicut dr̄ ī ꝓuer. xx. ij. Difficile ē ei vitia iuuētutis ī ſenectute excutere. Vñ o nouitia ſcito te poſitā eſſe ad ſcolas amoris ⁊ ſi ī illo ſtatu diligere illū cui deſpōſata es nō adiſcas: vix poſtea ī amoris arte ꝓficere

*Hiere. cap. 2.*

Quid conuenit nouitijs.

Nota ſequentia ꝓ mōialibus

*canti. 1.*

Feruor nouiciatus ꝓbatur.

*prou. 22.*

Religio ſcola amoris.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ad ſimilitudinē ſpōſe p̄parande.

poteris. Hec ē facilis lectio dilectio. Lectio ſepius recitāda eſt de qua ſpōſ⁹ tuus ī chatedra crucis ſcolas tenuit vbi mortuus eſt pre amore. Tace ergo nouicia ⁊ ſede q꞉ iſtā honorabilē ſapientiā que ē dilectio dei ſicut dicit eccleſiaſti. 38. Nō poteris adiſcere niſi prius a curis exterioribꝰ abſtraharis vt deſcēdo prius que male in hoc ſeculo didici ſti idoneā te reddas ad recipiēdum amoris domini diſciplinā. Jdeo monet te eccleſiaſticus. vt in tēpore vacuitatis ideſt quietis ſcribas in tabulis ſcilicet cordis tui ſapientiā

Nota.

Nā ſicut dicit, idē qui minoratur actu ideſt q̄ ſubtrahit ſe ab actibus exterioribꝰ pcipiet illam. Si vis ergo percipere ideſt pfecte capere diuinā ſapientiā reſcidātur a te affectꝰ vel effectus mundani. Hinc eſt ꝙ in lege dñi ſcriptum eſt. Deutero. 21. ꝙ ille qui egreſſꝰ fuerit ad pugnam et viderit inter captiuos mulierem pulchram quam adamauerit ⁊ eā voluerit habere in vxorem ꝙ ducat eā in domū ſuam ⁊ eius capillos radat et reſecet vngues eius et poſt fletem vnius menſis ſit ei vxor et dormiat cū ea. Jn hiis verbis o nouicia quicquid circa ſtatum tuū requiritur noueris eſſe deſcriptum. Victor eſt iſte chriſtꝰ qui in hunc mundum in ſalutem populi ſui egreſſus eſt ad dyabolum debellandū. Jſte inq̄ o nouicia te de numero captiuorum huius mundi tanq̄ predam deſideratiſſimam ſibi ſeparauit: in cuiꝰ domo clauſtro ſcilicet iam tonſo capite iam veſte ad litteram imu

Quies ab exteriori-bus pſuadetur.

Religiōis ingreſſus quedē deſpōſatio eſt

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

mutata reſides vngues etiã tibi victor iſte ꝑ
ſcidit qñ vite carnalis vſus ſuperfluos a te
reſecauit. Anguis de carne naſcitur et ideo
vite carnalis vſum deſignat. Non decet igi-
tur xpi ſpõſam nimis ꝓminãtes ⁊ roſtratas
vngues habere ſicut illi qui tãtum pl⁹ in ve
ſtiendo dormiendo comedendo indeſiderijs
fouent quaſi i ſeculo remanſiſſẽt. In hac aũt
domo nõ tibi riſ⁹ ſed fletus inducitur ⁊ hoc
pro tuis deffectibus qui per mẽſam deſignẽ
tur eo ꝙ menſis amene dicitur quod defectũ
ſonat vt ſit fletu peracto xpo victori efficia-
ris plene vxor quod fit poſtea in profeſſione
⁊ ſic etiam poſt fletum ⁊ lamentationem dor
miat tecum conſolationem ſpiritualem im-
mittẽdo. quia poſtꝙ dolueris de malis tuis
reſtat vt te conſoletur in bonis ſuis. Poteſt
tamen per tonſionem capitis et mutationẽ
veſtis aliud deſignari. ¶ Per capillos iſta
temporalia que extinſeca ſunt. ¶ Per veſtẽ
vero conuerſatio deſignari conſueuit. Ton
ſo capite cariſſima offeraris ſponſo tuo id
eſt corde a rerum temporalium amore ſuper
fluo penitus denudat. habitum etiam mu-
tes vt conuerſatio tua prius terreſtris tota
conuertatur in celeſtem. ¶ Vide ergo ex pre
dictis quam totaliter a mundo te oportet ſe
parari et diſiungi vt eiſdẽ totaliter ꝯiugar;
Totalitas aũt hui⁹ conuerſationis in duo
bus cõſiſtit vt nihil tecũ de ſuo afferas ſicut
patet ꝑ figurã prius poſitam vt nihil de tuo

Angues ꝗ re ꝑſcindũ tur.

Conuerſio totalis in duobus cõ ſiſtit.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

penes eũ dimittas. Nihil dico de mundo tecum afferas vt nihil habeas cũ illo ne vllã p oſſit cõtra te mouere calumpniã. Attende q rachel a patre ſuo labam fugiẽs. Geñ. 31. ydola ipſiꝰ ſecũ legitur portaſſe q̃ ſub ſtramentis cameli abſcondit. Ob quã cauſaȝ ipſe pater calumpniam cõtra filiam fugitiuã cõmouit. Per labam qui dealbatus interp̄tatur intelligitur mũdus falſa quadam ſupfuſus ymagine p rachelẽ autẽ que interp̄tatur ouis clauſtralis aĩa deſignatꝛ. Que ſunt aũt ydola que furtiue ſublata ſũt a rachele niſi iſti mundani honores geſtus ⁊ mores ſeculares propriĩ ſenſus ⁊ proprie voluntatis defẽſio que ſtulti clauſtrales ſecum in clauſtro deferunt et cum rachele ſub ſtramentis cameli idem vili et aſperſo habitu clauſtrali abſcondunt. Noli ergo chariſſima ydola labam ſub iſta cucula quam defers abſcondere ne mundus aliquid ſuper te de ſuo inueniat ne plus habeas de ſeculo q̃ videaris ſeculum reliquiſſe ne de furto argui valeas. Ne (quod eſt furtum ſubtile) in hoc mundo placere appetas q mundo placere comptẽnis. Mirum enim immodum vt dicit. Jeronimus. Laus appetitur vbi deuitari putatur. Timeas quod ibi dixit iacob ad labã apud q̃cunq̃ ineueris deos tuos occidatꝛ coram fratribus ſuis. Jtẽ a mũdo chariſſima liberare ⁊ ſeparare vt nihil de tuo ĩ mũdo relinquas ſicut quidã q̃ a mũdo corpore recedẽtes affectꝰ ſuos penes illũ relinqunt. Ta-

Gen. 31.

qđ religioſus. nichil ſecuȝ tollere debeat figura.

Nota.

A pectio monachus ſuſpẽditur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

les ſunt ſicut auis auolans cum iecḯs que tan dem per iecios ad arborem ſuſpenditur ⁊ capitur. Si a mūdo chariſſima quaſi auis auolaſti ſicut de effrain dicitur in Oſee. 2. ⁊ 9. preci das a corde tuo iecios. i. affectꝰ mundanorū qui volatum tuum periculoſiſſime impedirent ne tibi improperetur illud Ezechie. 16. In die ortus tui non eſt preciſus vmbilicus. Dies ortus dies conuerſionis ad clauſtrum deſignatur vbi verus clauſtralis dum moritur mūdo naſcitur deo. Per vmbilicuꝫ quo puer matri ſue heret in vtero carnalis deſignatur affectꝰ: quo carnales clauſtrales erga ſuos carnaliter detinētur aſtricti quaſi vacce poſt vitulos mugientes. Time ergo chariſſima deum ⁊ recede a malo vt ſic ſanitas ſit vmbilico tuo. Sanitas etiaꝫ vmbilico tuo efficitur quando per timorem dei carnalis affectus reprimitur. Sequitur in predicta auctoritate charitatem deſponſationis tue hoc autem pertinet ad profeſſas. In profeſſione enim fit deſponſatio ꝑ verba de preſenti cum ibi obligat ⁊ aſtringit ſe ꝓfitens ad obedientiam ⁊ loci ſtabilitatem ⁊ huiuſmodi illaqueatur proprḯs verbis oris ſui. Noli conqueri chariſſima in tue profeſſionis vinculo propter preceptorum multitudineꝫ nimis eſſe aſtrictam: ſciens ꝙ quanto ſtrictius ⁊ fortiꝰ chriſto te aſtringes tāto fortiꝰ ⁊ ſtrictius chriſtū aſtrictū retinebis. Et nota ꝙ dicit charitatem deſponſationis ſue quia charitas que eſt vinculum perfectionis ſicut dicit apoſtolꝰ ad Epheſeos. 4. Perfecte facit in deum conſenti

Ezechi 16.

Scd̄m matrimoniuꝫ. De ſtatu ꝓfeſſionis.

Preceptorū multitudo vtilis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re. et ideo perfectum matrimonium inter ipſũ ⁊ animam facit in actu profeſſionis. Etiã charitas dicitur precipue operari et apparere qꝛ profitens in actu illo ſe deuꝫ carum habere cõprobat quando omnia alia propter ipſum cuꝫ apoſtolo facit: detrimentum ſeculo ⁊ eius põpis abrenunciando. ¶ Et attende ꝙ dicit apoſtolus ſe omnia huius mundi concupiſcibilia detrimentum feciſſe contra multos qui ea benedicunt detrimentum cũ omnia iſta ſequi appetere et amplexari videantur. Et notandum ꝙ licet charitas vt ſupradictuꝫ eſt quodam iure matrimonij deum cordi, ⁊ cor deo liget ⁊ aſtrigat. in tantum vt qui ſic adheret deo vnus efficiatur ſpiritus cum eo. non tamen ita familiarem nec ita ſolatiantem eum poteſt cordi reddere ſicut ſponſa vellet. immo in conſortio tali ſponſi ſponſam aliquando tentari contingit et multipliciter fatigari. Nec mirum potẽtes enim huius ſeculi cum in partibus extraneis et remotis vxores ducunt vbi a paucis cognoſcuntur non magna conuiuia non multos ioculatores habere conſueuerunt. ſed cum ſpõſam in proprium regnum et proprium tronum introducunt tunc fiũt apparatus multiplices tunc platee ciuitatis parantur. Tunc timpaniſtrie et diuerſa ioculatorum genera occurrũt tunc operibus omnes ceſſant. Eodemodo quãdo animam chriſtus in preſenti in hoc exilio in valle lachrymarum deſponſat quaſi occultum eſt huiuſmodi matrimonium: et non feſtiuum tanquam in terra aliena vbi chriſtus ſponſus

Nota multa pulchra de m̃rimonio ſpũali cũ anima.

Abſenia ſpõſi ⁊ duritia ſuſtiſtinenda.

a paucis eſt agnitus quia licet in propria venerit ſicut dicit Johan.i.tamen ſui eum minime receperunt. Noli ergo chariſſima moueri ſi te in hoc afflictionis loco affligi oporteat in quo ipſe etiam afflictiones de feſto nuptiarum: ꝑ feſto enim conuiue nuptiarum in quibuſdam partibus ſe ſe conſueuerunt mutuo ſuper humeros percutere dicentes vnus ad alterum te ne de nuptijs. Eodemmodo ſi te in tue profeſſionis matrimonio oporteat aliqua tribulationum ſeu temptationum grauamina ſuſtinere. hoc tene totum ad feſtum. Aduerte comparez tuum chriſtum tot liuores: tot vulnera: tot opprobria de nuptijs cum tanta promptitudine ſuſcepiſſe. Noli ergo mirari: noli moueri ſi te oporteat in preſenti ferre partem tuam de ictibus uuptiarum. Expecta tempus quo a ſponſo tuo chriſto: introduceris in regnum qui tanꝗ peregrinus tecuz extitit in hoc mundo. Tūc omnem lachrymam abſterget ab oculis tuis. Apoca.12. Tunc ictus nuptiarum in cumuluz glorie ꝯuertentur. Tunc tanꝗ in loco proprio plenuz feſtinu fiet nuptiaꝝ. Tunc celeſtis iheruſalē platee ſternenē auro.i.ſtrate ſeu parate tibi appebūt ꝛ ꝑ oēs vicos ei⁹ all'a cantabit ſicut dr̄ tho.13. Tūc celeſtes ioculatores cū ſpōſo ꝛ ſponſa occurrēt ſicut ꝓmittit dn̄s ꝑ Jſay.3 Cāticū eni inqt erit vobis ſicut vox ſāctificate ciuitatis ꝛ leticia cordis ſicut illi⁹ q̄ pergit cū tibia vt itret domū dn̄i: ad fortē iſrael. Sequitur tertium qꝛ ſequuta es me in deſertuz. Hoc pertinet ad ſtatum perſeuerātie ꝛ conſumma-

Tertiū matrimoniū ꝫ ſpūale.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De ſtatu ꝑ ſeuerantie

tionis. ratione enĩ ꝑteritionis huiꝰ verbi ſecu
ta es. ¶ Notatur hic clauſtralis perfectio. De
ſertũ appellat clauſtrũ. Nã ſicut deſertũ fuit
medium inter egyptum ⁊ terram promiſſiõis:
ita vita clauſtralis quaſi medium locuꝫ tenet
inter mundum ⁊ celum. Item deſertum locus
eſt ſterilis et penurioſus. ſic clauſtrum locus
eſt paupertatis ⁊ debet eſſe in quo ſicut nec in
deſerto delicie ſunt querende. In deſerto deũ
ſequi eſt in clauſtrali diſciplina perſeuerare. ⁊
in talibus nuptie conſummabuntur quãdo il-
le que hic parate fuerunt introibunt cuꝫ eo ad
nuptias. Ecce tria propſuimus ſm̃ tres ſtatus
matrimonij iuxta verbum domini per Jere. 2.
Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam
tuam quantum ad nouicias in quibus inicia-
tur matrimonium: charitatem deſponſatiõis
tue quantum ad profeſſas in quibus cõfirma-
tur matrimonium. quia ſequuta es me ĩ deſer
to quantum ad perſeuerantes in quibus perfi
citur mattimonium.

Ꝙ clauſtrũ deſertũ ꝓpter aliqͣs cãs vocat.

¶ De bonis ſpiritualis matrimonij et pri-
mo. De [redacted] cordis. Ca. 29.

fidelitate

Tria bona m̃rimonij.

Dicto de qualitate matrimonij
ſpiritualis reſtat videre de bo-
nis eiuſdem. Notandum ꝙ tria
eſſe bona matrimonij carnalis
deſcribit Auguſtinus. Que ſunt
fides, proles, ſacramentum. Fi-
dem vocat fidelitatem quam debent ſibi coniu
gati adinuicem. Secundum eſt proles que di-
citur ibi intentio prolis procreãde ad cultum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dei. Tertium eſt ſacramentum inter chꝛiſtum ⁊ eccleſiaꝫ ſicut dici apoſtolus. ad epheſeos 5 hoc pertinet ad inſeparabilitatem. Nam ſicut chꝛiſtus ab eccleſia vel a carne quam aſſūpſit poſtea non fuit ſeparatus: ita legitime coniugati ſeparari non poſſunt vt quos deus coniūxit homo nō ſeparet. Math. 19. Marci. 10 Iuxta pꝛefatam ſiimilitudinem attende tria bona in ſpirituali matrimomo. Fidem: prolē: ſacramentuꝫ. In carnali matrimonio vt diximus fides appellatur fidelitas quam ſibi debent matrimonialiter coniuncti adinuicem: eo ꝙ vnus dominiuꝫ pꝛopꝛij coꝛpoꝛis tranſtulit iuxta ſententiam apoſtoli. 1. Coꝛin. 7. In alterius poteſtate. Eodemmodo in matrimonio ſpirituali inter deum ⁊ animam fides eſt quādo tam coꝛ dei, ꝙ coꝛ ſponſe inuicem ſubiciuntur ⁊ inuicē ſubſequuntur. Appone ergo chariſſima coꝛ tuum deo ꝗ coꝛ ſuū apponit tibi ſicut dicit Iob. 7 admirās. Quid eſt homo quia magnificas eum aut quid apponis erga eum coꝛ tuū? Verecundū ſit ergo tibi tuū coꝛ illi non apponere ꝗ tm̄ te magnificauit ⁊ tātā te reputauit vt coꝛ ſuū tibi appōeret. Amatoꝛi coꝛdis pſta acceſſū ad coꝛ tuū: ipſū coꝛ ab inqeto ⁊ tumultuoſo amore hui⁹ ſeculi totaliter ſubſtrahendo ipſū coꝛ a tam defoꝛmi ꝙ difoꝛmi ſeculi confoꝛmitate penitus ſpoliādo vt ab alieno amoꝛe alienata nulli pꝛeter eum intendas vt tibi coueniat illud verbum fidelis ſponſe in canti. 7. cap. Ego dilecto meo ſupple intendo et ad me conuerſio eius. q. d. Dilecto intendo ⁊ michi dile-

Iob. 7

canti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctus intendit. Iteꝫ vt in nullius alterius amore delecteris. ſicut ibidem legitur dilectus tu⁹ electus ſit e milibus. Canticorum. 5. Item vt iuxta verbum apoſtoli illi ſoli placeas idē placere ſtudeas cui temetipſum probaſti idē probabilem per votum caſtitatis exhibuiſti. Virginis eniꝫ eſt cogitare quomodo placeat deo dicit apoſtolus. ¶ Ecce funiculus triplex qui difficile rumpitur in quo integritas fidelitatꝫ conſiſtit vt nulli intendas preterꝙ ipſi. Vt i nullius amore delecteris preter ſuum, vt placere ſtudeas illi ſoli. Hoc fidelitatis vinculo ipſum tibi tanto amplius retinebis aſtrictum quanto ipſi magis te aſtringes. In huius ſignum fidelitatis ſeruande: datus eſt tibi anulus in cōſecratione. Nam ſicut anulus digitum non excedit nec exceditur ſed ei adequatur: ita cor tuum ei cui deſpōſata es debet adherere vt ſicut anulus alium digitum cum digito illo in quo poſitus eſt capere non poteſt: ſic amoris tui fidelitas amorem alterum cum deo comprehendere non valet. Nam ſicut eadem anima non poteſt ſimul eſſe habitatrix duorum corporum ita amor dei ⁊ amor mundi non poſſunt ſimul in anima dominari. Ideo dicit Auguſtinus totum exigit te: qui totum fecit te. Serua ergo chariſſima anulum fidelitatis cuꝫ ſponſo tuo vt ab eťnis incendijs libereris. Memento em̄ thamar per anuli inde reſeruationem ab incēdio liberatam. Secundum bonuꝫ matrimonij carnalis eſt proles carnalis. Eodemmodo ſecundum bonum ſpiritualis marimonij eſt pro

Nota bn̄. In trib⁹ cō ſiſtit fidelitas.

Scdm bonū de pro creatione ſpirituali.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

les ſpiritualis:que ſunt opera. Qualia habes chariſſima oꝑa tales filios habes ſi bona bonos:ſi mala malos. Bona proles:opera bona per que ſaluatur anima ſicut dicit appoſtolus. Saluabitur mulier per filiorū generationem:filij adulterio procreati ſunt opera mala ex tētatione diaboli tanꝙ ex ſemine eius et libero arbitrio anime procreata. Et ſicut ſaluatur anima per bonorum operum generationē ſic damnabitur per generationem malorum.

De ꝓcreatiōe bonorum opeꝝ.

Tolle ergo opera peccatorum tanꝙ filios de adulterio natos ⁊ iuxta vulgare ōnde eis oſtium oris tui in confeſſione ne contra te inferāt teſtimonium in die iudicij. quia ſicut dicit ſalomon in libro ſapientie. Omnes filij qui naſcentur teſtes erunt nequitie aduerſus parentes. quod eſt dicere ꝙ opera iniquitatis operarios in die iudicij accuſabunt. Tunc enim iniquos in cogitationibus peccatorum ſuorū timidos coram terribili iudice comparātes iniquitates ſue ex aduerſo traducente ſicut legitur in eodem libro Sapientie. traducere idem eſt ꝙ manifeſtare ſiue accuſare. Tunc illos peccata manifeſtabunt qui ea in preſenti manifeſtare noluerunt. O ꝙ vtilius eſt tibi in foro miſericordie per confeſſionem peccatū tuum corā chriſti vicario accuſare: ꝙ in foro iuſticie. Judicio ſcilicet coram tanta tam hominum ꝙ angelorum multitudine a peccato accuſari. preoccupa ergo faciem iudicis in confeſſione accuſando peccatum nec ſubdito preoccupata accuſeris a peccato. Ve ergo illi ꝗ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vbicunq̄ ſe tranſfert circumfert ſecum accuſa
tores ſuos in ipſa conſcientia accuſante. Ta
lis enim in mortem propriam coniuraſſe dici
citur. Sed beatus ille qui quocunq̄ ſe trāſfert
portat ſecum ſuos defēſores ſcilicet bona ope
ra in conſcientia defendentia.

Tertiū bo nū mr̄imōij

¶ De ſacramēto perſeuerantie ſiue in
ſeparabilitatis. Ca. 30.

TErtium bonum eſt ſacramen
tum quod ſpectat ad perſeue
rantiam vt nunq̄ ſeparetur a
chriſto: ſicut chriſtus ſeparat⁹
nunq̄ fuit nec ſeparabit̄ ab ec
clia. Hec ē pſeuerātia q̄ ſola ap
phēdit coronā q2 q̄ pſeuerauerit vſq; in finē hic
ſalu⁹ erit. Math. 24. Luce. 11. Sup quē locum
dixit Chriſoſtomus. Aſſueuerunt multi in pri
cipio feruentes eſſe: in fine vero remiſſi fuerūt
et diſſoluti. Que vtilitas ſeminum. ideſt floren
tium poſtea tabeſcentium. Unde Beda loq̄ns

Nota de pſeuerātia.

de perſeuerantia ait. ¶ Perſeuerantia virtu
tum eſt cōſummatio: nutrix ad meritu3 media
trix ad premium ſoror pacientie conſtantie fi
lia amor pacis amicitiarum nodus vnanimi

Et bern̄. in ep̄la ianneſes.

tatis vinculum: ſinceritatis propugnaculum.
Tolle perſeuerantiam nec obſequium merce
dem habet nec beneficium gratiam. Nec lau
dem fortitudo. Ecce in matrimonio ſpirituali
tria bona deſcripſimus. videlicet: fidelitatem
cordis: prolem boni operis et ſacramentu3 per
ſeuerātie ſeu inſeparabilitatis. Et hec tria tā
git dominus loquens per Oſee. 2. Anime clau

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtrali dicens. Sponſabo te mihi in fide, ſpō-
ſabo te mihi iuſticia, et iudicio et in miſeri-
cordia et miſerationibus. Sponſabo te mi-
chi in ſempiternum: In ſerie verborum iſto-
rum tangit dominus illa tria que tetigimꝰ
ſcilꝫ fidē, plem, ſacramētum. Fidem per hoc
qđ dicit ſpōſabo te in fide: fides ſeu fidelitas
hec ē vt ſicut vehemēs amator tuus xp̄s nō
curauit quid de ipſo fieret dūmodo te conſe-
queretur ⁊ te poſſideret ſic nō curare debes
quid de te fiat dūmodo ipm̄ conſeq̄ ipſū poſ-
ſidere valeas. Ut tu oē dampnū tam rerum
ꝙ corporis negligas ꝑpter ipm̄ ſicut ipſe ꝓ
te ſeipſū niſus eſt totaliter neglexiſſe ⁊ ſic fi-
delis inueniaris cū illo. Qui enim negligit
dampnū ꝑpter amicū iuſtus eſt. dꝛ in ꝓuer.
12. Per hoc quod ſequitur. Sponſabo te mi
chi ĩ iuſticia ⁊ iudicio in miſericordia et mi
ſeratiōibꝰ. Deſignat dominꝰ tertiū bonū ma
trimonij ſpūalis quod eſt proles bonoꝝ ope
rū et tãgit dn̄s ĩ hijs verbis duo genera ope
rū opera videlꝫ iuſticie quãtū ad nos, ⁊ ope-
ra miſericordie quãtum ad ꝓximū. Nã iuſti
ciã tibi debes, miã ꝓxio. Sed ſūt aliq̄ qui or
dinē iſtū ꝑmutãt. Nã ꝓximis iuſticiã ſibiip-
ſis miſericordiã ĩpartiri volūt dū alijs rigi-
di ſūt ⁊ auſteri eos temere iudicãtes ⁊ ĩique
cōdemnētes ſibiipſis tãtū compaſſionē excu
ſationem deffentionem retinētes. Tales qđ
alijs deberent impenderere ſibi retinent et
quod ſibi retinere deberent alijs impendūt.
¶ Hec iuſticia de qua hic loquitur quam bo

Deſpōſati
o in fide.

Juſticia dꝫ
ĩ ſeipſo ex-
erceri.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

num matrimonij dicim⁹ eſſe eſt omne op⁹ dꝫ ſciplie per quã homo ſeipꝫ iuſticiat. Et ſicut ĩ terra vbi iuſticia nõ exerceretur latrones cõuerſãtur. Et vbi non eſt cat⁹ mures laſciuiũt ſic ĩ coꝛde vbi nõ eſt diſciplina temptationes frequẽtioꝛes ſe ingerunt. Ideo conqueritur yſayas. xxvi. In ꝑſona taliũ dicens iuſticiam non fecim⁹ in terra ideo nõ ceciderunt habitatoꝛes ei⁹. In terra ſua iuſticiam nõ facit q̃ coꝛp⁹ ſuum per iuſticiam non caſtigat. Ideo habitatoꝛes mali voluptates ſcilicet et peruerſa deſideria non recedunt ſed quaſi in tuto manent. Dicit enim ſeneca ꝙ voluptates moꝛe latronũ in hoc nos amplectũtur vt ſtrãgulent. Iuſticia autem hic facienda eſt cum iudicio ideſt cum diſcretione. Ideo in prefata auctoꝛitate cum dicit dominus ſponſabo te michi in iuſticia addit et in iudicio vt iuſticia penitentie ⁊ ſatiſfactionis exerceatur iudicio diſcretionis. Hoc iudicium precipue eſt vt tibi de te non credas nec de conſilio tuo viuas ſed quod docet eccleſiaſticus dicens. Nõ affligas temetipſum in conſilio tuo et illud maxime anime clauſtrali obſeruandum que vitam communem ſequi debet et vitam pꝛopꝛiam non ad conſilium pꝛopꝛium ſed ad regulaꝫ oꝛdinare. Tunc vita clauſtralis diſcrete et regulariter oꝛdinatur quando quilibet in clauſtro tenet locum ſuum. ¶ Unde attende ſicut locus foꝛtium et ſanoꝛum eſt conuentus ita debilium ⁊ infirmoꝛum eſt infirmitoꝛium. Non erubeſcat ergo debilis tenere lo-

Iuſticie fructus ẽ pax

Diſcretio habẽda in abſtinentis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cum ſuum nec locum infirmi ſanus vſurpet. Attẽde etiaꝫ moniales i clauſtro quaſi quaſ-dam notas in breuiario. Note autem in regula poſſunt dici ille que conuentuꝫ ſequuntur. Note vero in ſpatio ille q̃ in infirmitorio reſidentꝫ ille quẽ de exterioribus officiȷ́s occupantur. et ſicut ad conſonantiam cantus tantũ facit nota in ſpatio quantum nota que eſt in regula ita ille que in infirmitorio reſidentꝫ ille que in officiȷ́s exterioribus occupantur equaliter cum alȷ́s que conuentum ſequuntur ad vite communis conferunt harmoniaꝫ et equalis premȷ́ efficiũtur participes iuxta ſententiam dauid in libro primo. Regum. 30. Quod equalis dabatur portio remanentibus ad ſarcinas, et euntibus ad prelium. Remanentes ad ſarcinas ſunt infirme ꝛ debiles, et ad domus officia occupate Quaſi ad prelium vadunt que in conuentu ſe tenent que procedit quaſi caſtrorum acies ordinata. Sed notandum ꝙ note in ſpactio conſueuerunt aliquando cantari per bemole. Ita ille que ad infirmitorium declinant molliꝰ cãtũt in pluma ſcilicet in lecto ꝛ i carnibꝰ i mẽſa illis vero q̃ regule conuentus adherẽt cantãt durꝰ. qꝛ eis compeꝛit durioꝛ dieta ꝛ aſperioꝛ Sequitur i prefata auctoritate. Ozee. 2. Spõſabo te michi in mia ꝛ miſerationibꝰ. hoc ſpectat ad proximum mia i donando miſeratio i cõpatiẽdo. Ut ſicut monet iſayas. 5. Eſuriẽti aiam tuã per miſerationẽ cõpaſſiõis effũdas et animã afflictaꝫ per effectũ miſericordie re

Nota hoc de loco ꝓprio tenẽdo.

Clauſtrales note dicuntur Nota.

1. Regu. 30.

Cãtus infirmãtiuꝫ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pleas. Ut iuxta verbū chriſoſtomi. qualē vis vt deꝰ ſe tibi exhibeat talem te proximo tuo ſtudeas exhibere. Quod ſequitur ſpōſabo te michi in ſempiternum ſpectat ad perſeuerantiam de qua dictum eſt ſupra ⁊ hec de bonis matrimonij dicta ſufficiant.

## ¶ De ornamentis anime et primo delotione anime per baptiſmum ⁊ paſſionē. Capitulum. 31.

Post longum et multiplicem tractatum de matrimonio ſpirituali vltimo reſtat dicendum de ornamētis anime quibus ipſa chriſti ſponſa paratur. Ad hoc vt ſpōſo placeat. Et vt confeſſionem iſtorum ornamentorum declinemus. de illis ſolummodo tractabimus q̄ dominꝰ anime peccatrici improperat. dicens per Ezechielem. xvi. Contuliſſe in baptiſmo. ſed pecatū omnia huiuſmo-

*Nota tridecim ornamenta anime.*

di ornamenta perdiderat vbi aloquens animam peccatricem ait. Laui te aqua et emundaui ſanguinem tuum a te: vnxi te oleo, veſtiui te diſcoloribus calciaui te iacincto. cinxi te biſſo: indui de ſubtilibus: ornaui te ornamento: dedi armillas in manibꝰ tuis. torques circa collū tuum: dedi in aurē auribus tuis ⁊ coronā decoris capiti tuo ⁊ ornata es auro ⁊ argēto. Ecce tridecī ornamēta aīe tāgūtur in verbo propoſito de quibꝰ per ſingula pauca dicemus. primo ergo oſtēdens quod dicit laui te aqua. Aqua videlicȝ que fluxit de latere meo in paſſione quādo ſcilicet vnus militū lā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

e:a aperuit lat⁹ tuū chriſte ꝛ ꝯtinuo exiuit ſan guis et aqua et emundaſti ſanguinem pecca torum meorum a me. Nec mirum ſi mundaſti me a ſordibus peccatorum meorum tali aq̄ q̄ ita bulliens ꝛ calida exiuit de profundo cor dis tāq̄ de fornace q̄dā ſuccēſa igne vehemēt; ꝛ ardentis amoris ad me mūdandum ad dyabolum canem impudentiſſimum excallendum. Hinc eſt ꝙ anas aquas calidas īueniſſe in deſerto legitur. Gene. 36. Quid panas qui gratificatus interpretatur niſi anima renata per gratiam baptiſmalem: quid per deſertuz niſi corpus chriſti pendens in cruce ab omnib⁹ derelictuz. Quod etiam pro ſtatu ſue paſſionis deſertum dicitur eo ꝙ tot liuoribus totaliter erat deſertum. ¶ Ab iſto deſerto liquores precioſi aque et ſanguinis manauerunt igne charitatis vehementiſſimo calefacti. Hac aqua loti ſumus in baptiſmo q̄ virtutem mundatiuam accepit a paſſione chriſti ſicut dicit apoſtol⁹ ad romanos ſexto. Quotq̄t baptizati eſtis in chriſto ieſu in morte ipſius baptizati eſtis. In hoc etiam ſicut dicit apoſtolus tradidit ſemetipſum in paſſione ſcilicet vt populuz acceptabilem emundaret. Iſtius aque baptiſmi figura preceſſit in illa aqua que de ipſius latere emanauit. Non ſoluz aqua ſed ꝛ ſāguīe lauit te. et fecit de ſeipſo laſciuiam ad mundādū te ſicut ioannes in apocalipſi primoq; capi. Qui dilexit nos et lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Poſt tam caram lotionē nolite iterato inquirere. Ne cōpellatur cōqueri

Aquo ꝛ q̄modo habuit virtutem mundādi.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicens psal. xxiiij. Que vtilitas ī ſāguine meo
q. d. ſanguis meus nō videt vtilis fuiſſe exquo
poſt tam ſūptuoſam lotionem in mundicia nō
perſeueraſti. ideo dicit per yſaiam. i. Lauami
Mundicia ſeruanda. ni mundi eſtote. Quaſi diceret poſtꝙ mūdi e
ſtis ī mūdicia ꝑſeuerate. Attēde ꝙ vaſa hoſpi
tij tui ſcꝫ ciphū ſcutellā lithiamia mappā vis
mūda habere ⁊ ſolū cor īmūdū habes. qḋ tñ oī
vaſe ꝓcioſiꝰ ē. Ne maior cura ſit de cipho vel
ſcutella ꝙ de corde ⁊ aduerte ꝙ dicit dñs deꝰ cor
di tui ꝑ ieremi. iiij. Laua a malicia cor tuū. Et
ſi tu qͥris q̄ ē iſta malicia a q̄ cor lauandū dicit
determīat cū ſubiūgit dicēs ibidē vſqꝫ quo mo
rabūt ī te cogitatiōes noxie. q. d. mora noxiaꝝ
cogitationū īꝑꝫ vas cordꝫ reddit īmūdū. Circa
Balneum aie christi paſſio eſt. lotionē cordꝫ tui tibi ꝓpoſitā attēde ꝙ nō ſolū
aq̄ ⁊ ſāguine ſꝫ ēt ſudore et lachris balneū cor
di tuo ꝑparauit lotrix tua xp̄s vt balneeris ⁊
cureris ve tibi ſi nūꝙ balneum iſtum tam mū-
dum tam medicinalem intraſti. Hoc balneum
intrare ē affectū ſuū ⁊ cogitationē ad benefici
um paſſionis xp̄i inclinare ⁊ mergere. Utinam
ſaltem pes tuus intinguatur ī ſanguine vt pe
des affectus tui liquore tam precioſo habeas
rubricatos. Nota ꝙ dicit tīguatur quia nō ſo
lum ſanguis chriſti ad mundandum ſed etiam
ad te tingendum effuſus eſt. Unde baptiſmus
qui virtutem ſuam a chriſti ſanguine habꝫ idē
eſt ꝙ tinctio. Attende ſi purpurati veſtes ſuas
de ſcallata tinctas ī grana caute cuſtodiūt ne
detinguātur alicuius liquoris inficientis aſꝑ
ſione quantomagis tincturam quam in vulne

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ribus chriſti accepiſti ſollicite debes cōſerua
re ne compellatur dominus dicere. Tren.iiij.
Quomodo mutatus eſt color optimus. Atten Tinctura
de quotiens ipſe xp̄s albam ſcallatam ſuā ia- humanitatis
ctauit i tincturam in circunciſione flagellatio
ne: ſanguinis ſudore: ſpinarū coronatione: cru
cifixione: lateris apertione. Quotiens enim
effudit ſāguinē ſuū totiēs albā ſcallatā ſuā po
ſuit i ticturā. Ideo dicit ſpōſa. Cā.i.v. Dilect⁹
meus candid⁹ ⁊ rubicūd⁹. Et ergo cū dn̄o tuo
in cui⁹ ſocietatē vocat⁹ es vt dicit apl's habe
as veſtes eiuſdē coloris expoſuit tibi tincturā
ſāguis ſui iuxta illud qđ ſcriptū eſt i cāti.vij.
Come tue ſūt ſicut purpura regis ticta canali Canali xp̄i
bus. Come eccleſie ſūt fideles xp̄o adherentes vulnera.
capiti q̄ purpure regis ticte canalib⁹ cōparā
tur. Quid per canalia niſi xp̄i vulnera vult in-
telligi ꝑ quas q̄ſi ꝑ quedā canalia fluēta mie
ad nos ꝓfluxerūt. Et ſicut etiā canale non ſibi
retinet aquam ſed vlteri⁹ effundit ſic xp̄s non
pro ſe paſſus eſt ſed pro nobis. Noli ergo eſſe
auis diſcolor vt a xp̄o repellaris dicente per.
hieremi.xij. Nūquid auis diſcolor hereditas
mea mihi quaſi diceret non. Quid eſt tincturā
in canalibus vulnerū chriſti retinere niſi mor-
tificatione carnis et paſſionum tollerātia per-
ſeuerare ¶. Sed nota quod ſunt quidam qui Tinguntur
in lana tinguntur. quidam in filo. dicitur quod in lana qui
pannus tinctus in lana non amittit colorem in iuuentu-
ſuum quantumcunq; conteratur ſed qui tinc- te bn̄ icipi
tus eſt in filo cito decoloratur. Tincti in lana unt.
ſunt qui i iuuentute benefacere incipiūt tales



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

retinent tincturā qꝛ saltē ex verecundia pecca
re non auderāt. Dicitur enim ꝓuer. 22. Adole
ſcens iuxta viam ſuaꝫ etiā cū ſenuerit nō rece
det ab ea. In filo tinguntur qui in virili etate
vel ſenectute bñfacere īcipiunt. Tales nō bñ
tenent tincturam ſuā īmo de facili detingūtur
id eſt a bono incepto tepeſcunt. Sequitur vnxi
te oleo.

¶ Secundum ornamentum oleum amicitie.
capitulum. .xxxij.

Per oleum in hoc loco leticia ſpiritu
alis et mētis hylaritas ſignificat quo
debꝫ iungi aīa penitens iuxta verbū
domini in euāgelio vbi dicit. Tu au
tem cum ieiunas vnge caput tuum oleo. Loq
tur dominus ſecundū morē paleſtinorū. Qui
in diebus feſtiuis vngebant ſe. Qu aſi diceret
Hylaritas in opere ſeruāda.
dominus cum ieiunas feſtiuum et hylarem te
exhibe. Ut de te poſſit dici illud pſal. Unxit te
deus deus tuus oleo leticie pre conſortibꝰ tu
is. Ergo ſi vis ieiunium tuum acceptū eſſe deo
non ſeruias ei cum triſticia ſed iuxta verbum
Eccleſiaſtici. xxxv. In omni dato hylarem fac
vultum tuum. In ieiunio ergo tuo facias craſ
ſum olus vt ſacrificium operum tuorum ⁊ tri
bulationū (cahritatis) et leticie ſpiritualis pin
guedine ſaginentur. Attende ꝙ domicelle que
ingredi debebant ad cubiculum regis aſſueri
oleo myrtino vngebātur ſicut legitur in libro
heſter. ij. Quid per cubiculum regis aſſueri
niſi requies eterna deſignatur vbi in pace in
idipſum cum vero rege tuo dormies ⁊ requie

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſces. Si vis ergo ad illud cubiculuꝫ intrare vn
gere te prius oleo mirtino oportet. per oleum
mirtinum quod eſt valde mitigatiuum. hilari
tas mentis ſignificatur per quam labores ꝛ do
lores iuſtorū mitigantur. de hoc oleo ſcriptuꝫ
eſt in eccleſiaſti. 9. Omni tempore ſint veſtimē
ta tua candida. Hoc ſpectat ad lotionem de
qua ſupra diximus. Et poſt ſequitur. et oleum
de capite tuo non deficiat. Hoc pertinet ad mē
tis hilaritatem de qua hic loquitur.

¶ Tertiū ornamentum anime de diuerſitate virtutum. Ca. 33.

Sequitur veſtiui te diſcoloribus ideſt veſte diuerſorum colorum per quod ſecundum gloſam ſignificatur diuer
ſitas virtutum que animā mira varietate de-
corat. Alterius enim coloris eſt iuſticia alteri
us miſericordia: alterius patientia: alteriꝰ hu
militas et ſic de aliis. Ita enim varietas vir-
tutum repreſentatur ymaginibus ſanctorum
que in veſtibus diuerſitate colorum picturis
eccleſiis depinguntur. Contingit etiam iſta ve
ſte diuerſorum colorum animam iuſti decora
ri et preparari in diuerſitatem temporum. Si
cut enim mulieres nobiles in profeſtis diebus
induuntur communibus veſtimentis in feſtis
autem induuntur preciosis: ſic ꝛ in magnis ec
cleſiis pro cōgruentia ſolēnitatis induunt va- Uirtutum diſparitas
riis indumentis. In feſto martyrum rubea ha
bent indumenta. In feſto virginum candida.
In feſto confeſſorum liuida: ſic anima iuſti ꝓ
varietate feſtiuitatum et ſolennitatum debet



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

indui veſte diuerſorum colorum et ſibi debet aſſumere varia indumenta Uerbigratia. In natiuitate domini per congruentiam ſolennitatis debet indui veſte humilitatis paruulus enim tunc datus eſt nobis. Iſa. 9. Tunc ei anima veſte humitatis induitur quando exemplo humilime natiuitatis chriſti humiliatur. In paſſione eius debet indui veſte luct⁹ ⁊ diſcipline quia tunc dominus ſuus in capitulo crucis dure diſciplinatus eſt pro nobis ſecundum illud Iſay. 53. Diſciplina pacis noſtre ſuper eum. In reſurrectione aũt: ei⁹ debet indui veſte gaudij ⁊ exultationis. Tunc enim gauiſi ſũt diſcipuli viſo domino. Joan. 20. In aſcenſione autem debet indui veſte ſpei ⁊ amoris ſecũdum illud verbum quod ſcriptum eſt in Joh. xiiij. Si diligeritis me gauderetis vtiq₃ quia vado ad patrem. In feſto autem martyrum debet indui veſte patientie. In feſt o ꝟginũ veſte charitatis ⁊ ſanctimonie. Et ita ſecundũ varietatem ſolennitatum: varietatem veſtiu₃ ſpiritualium debes aſſumere. Apta ergo cor tuum ſolennitati ⁊ ſic varietate veſtium paraberis et ornaberis. Noli eſſe ſicut ruſticus et panno ſus qui in omni die ⁊ feſtiuo ⁊ ſimplici eadem veſte induitur. Attende ꝙ dicitur in pſal. 44. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. per veſtitum deauratum charitas ĩtelligit̄ que propter ſui precioſitatem deaurata dicitur. Per varietatem qua dicitur circundata virtutum varietas deſigna

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur. ⁊ hoc eſt quod hic dicitur veſtiui te diſcolo ribus. poſſumus nichilominus veſtem diſcolo rem ad decorem conuerſationis exterioris cō uertere. Quando enī homo ſe ſcit diuerſis ho minibus vel hominum generibus conforma re quodammodo diuerſorum colorum veſte in duitur. quod maxime requiritur in plato qui ſuſcepto regimine ſe conſtituit debitorem. Sic indutus erat apoſtolus qui omnibus ſe con formabat dicens. i. Corinth. 9. Factus iudeis iudeus hiſs qui ſine lege erāt tanq̄ ſine lege eſ ſem. et poſt multa talia cōcludit omnibus om nia factus ſum vt omnes ſaluos facerem. Ui de quot coloribus depicta erat ꝯuerſatio pau li qui omni generi hominū ſe nouerat confor mare ita vt de ipſo poſſit dici quod in libro ſa pientie. xviij. dicitur q̄ in veſte aaron deſcript⁹ erat vniuerſus orbis Tunc in veſte iuſti vni uerſus orbis deſcribitur quando eius con uerſatio omnibus conformatur vt poſſit di cere omnibus omnia factus ſum. Quod ita fieri debet vt vite rectitudinem iuſtus retine at. Unde dicit gloſa ſuper predictum verbum apoſtoli. prudens apoſtolus omnibus ceſſit ꝑ propoſitum tamen vere religionis non exceſ ſit. quia vbi ceſſit ad hoc ceſſit vt proficeret idō ſubdit. vt oēs ſaluos facerem. Si queras quō potero me peccatoribus conformare exterius ⁊ rectitudinem cordis et veritatem religionis interius retinere. Reſponderi poteſt q̄ debet

Conuerſatio exterior diuerſis diſticta eſt



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vbi ſanctus auſteritatem ſuam penitentiam
ſcilicet celare quam in occulto facit et aliquid
ſimile et conformē oſtendere peccatoribus: ip
ſum peccatorem ſcilicet humiliter alloquēdo
ſeipſum peccatorem indicando eidem pro tem
pore corrigēdo ⁊ cōmunibus ſermocinando ſi

Auceps cō formatur auibus.

cut illi qui volūt capere aues ſilueſtres habēt
picturam auis vt alie aues non effugiant ſed
ſecurius accedant quo vident ſue ſpeciei ſimi-
litudinem ſibi preſentari. Sic hmōi picturas
affabilitatꝭ ⁊ condeſcentionis exterius pecca-
toribus o predicator o prelate ad eoſdem at-
trahendos oſtendere te oportet in cuius rei fi
gura legitur in exodo. 22. Quod moyſes opie-
bat faciem ſuam quando ad populum loque-
batur. ¶ Facieꝫ ſuam operire eſt auſteritatem
vite ſue celare ⁊ ſe conformem populo exhibe
re. vt ipſe populus attrahatur. Sic enim Joā-
nes baptiſta faciem ſuā cooperuit dum ad po
pulum loqueretur licet enim vinum non bibe-
ret tamen vinum non bibendum nūq̄ predica-
uit. licet ſilicium portaret nunq̄ tamen ſiliciuꝫ
portandum docuit. ſed tantūmodo illud ad qđ
omne tenebantur. ſcilicet penitentiā agite ap-
ꝓpinquabit enī regnū celorꝝ. Marci. 1.

¶ Quarū ornamentū ſpirituale aīe eſt iacictꝰ
celum calciamentuꝫ anime eſt. Cap. 34.

Sequitur calciaui te iacincto. per ia
cinctum qui habet colorem ceruleū
celo ſimilem: celeſte deſiderium deſi
gnatur quo pes interior affectus vi-
delicet debet informari. Jacincto ergo calciā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ri eſt celeſtibus deſiderijs coꝛ ſuum infoꝛma-
re. Fac ergo de toto celo calciamentū ſeu ſotu
larem tuū affectū tuū celeſtibus deſiderijs in-
foꝛmando vt poſſit de te dici illud canticoꝝ. 7.
Quam pulchꝛi ſūt pedes tui in calciamētis fi-
lia principis. Nō decet filiā regis ire nudis pe
dibus. i. affectibus celeſtibus ſeparatis. Dici-
tur enī p Jeremi. 2. ca. Pꝛohibe pedē tuum a
nuditate. Nō ſunt enim calciati qui in ſoꝛdibꝰ
pedes affectionum ſuarum immergunt: niſi ſe
cundum quod pueri dicuntur facere calceos
de luto quando in ſpiſſo luto pedes tibias infi-
gunt. de talibus dicitur illud Jeremie. 1. cap.
Soꝛdes eius in pedibus eius. Soꝛdes habet ī
pedibus ille cuius affectus immundis deſide
rijs ⁊ carnalibus voluptatibus ſoꝛdidat. La-
ua ergo pedes tuos ab iſtis voluptatibus vel
ſoꝛdibus ⁊ tunc aſſume tibi totuꝫ celum tanꝗ
calciamenta picturata. In hmōi figura epi. ſā-
dalia habent in pedibus qn̄ ad myniſteriū al-
taris ſe preparāt. Tali calceo volebat apoſto-
lus (ad Ephe. 6.) calceari qꝫ ſcribebat dicēs
calciati pedes in ꝑparatiōe euangelij pacis.
Sequit cinxi te biſſo p biſſū qđ eſt genꝰ candi-
diſſimi lini cādoꝛ caſtitatis deſignat.

Pedes nō maculan- dos oñdit.

¶ Quītū aīe ornamētū biſſꝰ caſtitatꝭ. Ca. 35.

Sicut enim biſſus per multas tonſio
nes venit ad candoꝛem. ſic cum mul
to laboꝛe ⁊ cum multarum diſcipli-
narum tonſionibus ad mundiciam
⁊ caſtitatis puritatem peruenitur.
Unde in libꝛo peralipomenō legit. Cognatio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nes operantium byſſum ſunt in domo iuramē
ti. Domus iuramenti clauſtrum appellatur.
In quo profeſſione caſtitatis ſtabilitatis ⁊ hu
iuſmodi veri clauſtrales iurati ſunt cum deo ⁊
hij cognationes appellantur in quo notatur
vnanimitas et vniformitas que inter religio-
ſos eſſe debet. Iſti dicuntur byſſuꝫ operari cuꝫ
per multiplicem diſciplinarum cluſtraliū con
ſionum carnem ſuam ad candorem caſtitatis
perducunt. Hoc byſſo cinguntur qui voto ca-
ſtitatis aſtringuntur. Hoc cingulo dominus di
ſcipulos ſuos cingi iubet dicēs. Luce. xij. Sint
lumbi veſtri precincti. Lumbos vere precingi-
mus cum carnis luxuriam per continentiam
Gregori. coartamus. Hoc cingulo non tantuꝫ lumbos:
imo etiam pectus precinctum habere debes.
Hinc eſt ꝙ ioānes. Apo. i. Angelum vidit zona
aurea ad mammillas precinctum. zona aurea
ad mammillas precingitur: qui fluxuꝫ cogita-
tionum carnalium in corde reprimit ⁊ reſtrin-
Caſtitas voto cōſeruatur. git. Attende ꝙ corrigie paruulorum eorum, tu
nicis a matribus eoruꝫ conſueuerunt cōſui ne
eas perdant. Ita cingulum acu voti tibi noue
tis eſſe conſutum quo iugiter aſtringaris. In
ſignum huius rei precipitur religioſis ꝙ iace-
Religioſi cur iacent cincti. ant cincti vt caſtitatis cingulo ſemper cogitēt
ſe eſſe aſtrictos. Nota ꝙ homo laxe cinct⁹ ſinū
non facit vbi poſſet aliquid reponere quia qđ
ibi ponitur totum cadit. Eodēmodo cor incon
tinens quod fluxum carnalium cogitationum
non reſtringit: non habet vbi bona ſua repo-
nat. quin potius quicquid boni habet totuꝫ ef-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

funditur. Dictum eſt enim illi ruben qui ſtratum patris ſui maculauerat. Gen̄.49.¶Effuſꝰ vt aqua ſtratum patris tui celeſtis conſciētia tua eſt. Noli ergo eam turpiſſime maculare. ſi vis bona tua ad modum aque ibi totaliter nō effundi. In hmōi etiam ſinum ſic cinctus debet eſſe ⁊ iacere religioſus vt aliquantulum ſinum faciat vt inter tunicam ⁊ carnem via manui precludatur contra quoſdam qui ita laxe iacent quaſi cingulum non haberent. Attende autem ꝙ duo genera hominum conſueuerunt ſtricte cingi pugnaturi videlicet ⁊ miniſtraturi. Uidere cōtingit pugiles ⁊ eſcuarios ad mēſas nobilium ſeruientes ſtrictiſſime cinctos. Sic quia nos in mundo ſumus tanꝙ in campo certaminis ⁊ etiam nobiliſſimi regis myniſterio deputati neceſſe habemus ſtricte cingi cingulo caſtitatis vt non ſolum ab operibus incōtinentie ſed etiam ab appendicijs abſtineamꝰ ⁊ a delectationibus immūdis noſmetipſos reſtringamus. Attende iterum quoſdam gerere morem ribaldorū qui in tempore eſtiuo ſedētes iuxta potum ad vinum cincti non ſunt. ſed deportāt corrigiā circa colū. Tales ſꝫ q̄ corde fluxū ſordiatū nō reſtrigūt ⁊ mlta de caſtitate loquūt corrigiā caſtitatꝭ icollo.i.ī ſmōe tm̄ mō deferētes. Collo ei ſmōes formant. Attēde ſi corrigia ab amico data cara hēri ⁊ libēter portari ꝯſueuit ⁊ libēter ꝯſeruari q̄ta reqrit diligētia i ꝯſeruatiōe cīguli caſtitatꝭ a chriſto deſuper dati. Nēo ei ꝯtinens eſſe potes niſi deus

Stricte q̄ cinguntur

Cōtinētie cingulū q̄dam in ore portant.

det dicit ſapientie.4. Hec eſt enim fortis muli
er ideſt ſapientia increata chriſtus ſcilicet qui
cingulum tradit cananeo vt dicitur in prouer.
vltimo. Cananeus commutatus īterpretatur
⁊ deſignat religioſum qui a ſtatu preſtino to:
taliter debet īmutari. Cuſtodi ergo chariſſima
hoc continentie cingulum a ſponſo tuo chriſto
tali virtute ⁊ dei ſapientia tibi datum. Hoc ei
donum eſt inappreciabile eo ꝙ non eſt digna
ponderatio anime continētis vt dicit eccleſia:
ſticus.26. Hoc autem cingulum maxime in ſo
brietate conſeruatur. In cuius rei figura legi
tur in Jeremia ꝙ lumbare ſuum quod poſuit
iuxta fluuium eufratem computruit. Quid ꝑ

Caſtitas a ſobrietat e ꝯſeruatur.

eufratem qui frugier interpretatur niſi tēpo:
ralium abundantia. Quid per lumbare niſi
caſtitas deſignatur ꝙ lumbare iuxta eufratē
putrefactum eſt ſignificat ꝙ caſtitas in abun:
dantia temporalium de facili putreſcit. Ideo
dominus ad locum ſiccitatis ideſt clauſtrum
te adduxit vel attraxit vt lumbare tue caſtita:
tis ſanum ⁊ integrum valeas conſeruare.

¶ De camiſia ſponſe que ad fidem
pertinet. Cap.36.

Sextum ornamētum anime.

SEquitur, veſtiui te ſubtilib⁹. Per
hāc veſtem ſubtilem galice delyce
fides intelligitur ⁊ dicit pluraliter
ſubtilibus propter pluralitatē ar
ticulorum fidei. Unde articuli fidei
tue ſunt incarnatio: natiuitas paſſio. et ceteri
non ſunt niſi quedam filia tenuiſſima quibus
camiſia tibi per fidē texitur et ſicut camiſia eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

primum indumentorum ſic fides prima virtu-
tum. Nūꝗ̄ iſta camiſia a dorſo cordis tui extra
hi debet . Iuxta p̄dictam ſimilitudinem dici
tur de muliere bona prouerbiorum vltimo ca.
Sindonem fecit et vēdidit. Et eſt ſyndon tela
tenuiſſima ſubtilliſſima mollis et candida ex
biſſo facta idem iuxta ſanctorum expoſitionē
ſignificat fidem ſincere et catholice predicatio
nis quam eccleſia ſubtili intelligentia commi
nationibus ſuppliciorum et promiſſionib⁹ ce-
leſtium gaudiorum correctionib⁹ et exhortati
onibus fideliler intexuit hanc ſindonem vende
re dicitur bona mulier id eſt eccleſia quādo ꝑ
doctrina fidei quam predicat accipiuntur in
auditoribus virtutes et bona opera. Unde in
predicatione fit quodam forum ſeu mercatū
quia predicator dat precioſam pecuniam ver-
bi dei et auditores debent dare vite correctio
nem. Item aliomodo intelligi poteſt qu od hic
dicitur. Indui te ſubtilibus: anima enim co-
gitationibus et deſiderijs quaſi ſtamine et tre
ma texit ſibi indumentum quo operitur et ſūt
cogitationes ſtaminis loco et affect⁹ ſeu deſi-
deria loco treme. Et ſicut ſtamine ſubtili⁹ eſt
ꝗ̄ trema: ita ſubtili⁹ ⁊ ſpūalib⁹ cogitam⁹ ꝗ̄ de
ſideram⁹. Ōis ei cogitatio quāto ſpūalior tāto
ſubtilior et eodē modo de deſiderio. Ipm etiā
cor humanum iſtam texturam repreſētat. Nā
quaſi textum videtur ſicut dicit apoſtolus.
Sunt autem quidam qui valde tenues et ſub-
tilia fila habenti ſtamine cogitationum groſ-
ſa autem et nodoſa habent in trema deſiderio

Fides pri-
ma virtutū

In predica-
tione fit fo-
rum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum dũ terrena ꝛ carnalia deſiderãt ꝛ tale ſtamen cũ tali trema nõ bñ cõuenit. imo groſſities ꝛ ruditas treme rũpit ſepius tenuitatẽ ſtaminis. Sic carnalitas deſiderÿ rũpit ꝛ diſſoluit ſublitatẽ cogitatiõis ita vt hõ q carnalia deſiderat diu ſubtilia cogitare nõ poſſit. Tales ꝯtra legẽ texere volũt ex lino lanaq; cõtextã. Deutro. 22. Linũ ad ſubtilitatẽ cogitationum refertur. lana ad groſſitiẽ deſideriorũ. tales non induuntur ſubtilibus.

¶ De ornamento charitatis. Ca. 37.

Septimũ ornamentũ ſponſe

Sequitur ornaui te ornamento. Nõ dicit quo vt tu intelligas illud ornamentum excellens a quo oĩa ornamẽta anime dependẽt a quo omnia ornamenta alia precium accipiunt ꝛ valorem. Hec eſt charitas que propter ſui excellentiam anthonomaſice dicitur ornamentum Nam ſicut cum dicitur vrbs. intelligitur roma. Ita cum dicitur ornamentum intelligitur charitas. Unde apoſtolus. 1. Corin. 13. Cũ de fide et ſpe et charitate loqueretur concludit dicens. ¶ Maior horum eſt charitas. Ipſa enim charitas eſt ornamẽtũ nuptiale quo ille qui indutus nõ eſt excluditur a nuptÿs. Unde quaſi ãmirans dominus videns in eccleſia multos abſq; veſte charitatis dicit in euangelio mathe. xxÿ. Amice qu omõ huc intraſti non habẽs veſtẽ nuptialem. Nõ modica ammiratio eſt quomodo aliqs in eccleſia dei ſeu ĩ clauſtro ſtat ſine charitate, ꝛ huiuſmodi ãmi

Charitas veſtis nuptialis.

Pretiũ ꝛ valor charitatis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ratiōis dn̄i quīq; cauſe ſūt. Prīa eſt ꝙ domi-
nꝰ tm̄ expēdit vt ſponſa ſua hāc veſtē haberet
cum alie veſtes fiant de lanis ouiū vel de īte
rioribus vermium vt ſerice Huic veſti voluit
dominus materiam miniſtrare quaſi de viſce
ribus ſuis cum ipſe in lateris ſui apertione a
morem ſuum effudit vt amore eius ad eum
amādum accenderetur. vide ergo ꝙ materia
veſtis tue corporalis ī oue vel in verme aſſum
pta fuit materia ipſius veſtis ſpiritualis que
eſt amor ab ipſo corde chriſti extracta fuit tā — Charitas ſūme deo placet
ꝙ ſcallata tincta in grana ſui ſanguinis pre-
cioſi. Secūda cauſa ammirationis eſt ꝙ ſpō-
ſa ſcit hanc veſtē ſumē placere ſpōſo ſuo. Vn̄
veſtē incōſutilē que figura erat huius veſtis
noluit diuidi. Jo. 18. licet corpus ſuum permi
ſerit perforari. ¶ In hoc oſtendens ꝙ plus a
mauit tunicam. i. charitatem ſignificatam ꝑ
tunicam ꝙ corpus ſuum. Unde dicit auguſti — Augu.
nus. Tunicam hominis iam iudicati ī cruce
pendentis carnifices pilati non ſunt auſi con
cidere et tu vis charitatē dei īmo charitatem
que deus eſt ſeparare. Hoc dicit contra ſemi
natores diſcordiarū ſuſcitatores litium que
chriſtū deū diuidere dicūtur dū charitatē fra
ternā diuidūt. Tertia cauſa eſt ꝙ iſtā veſtē o-
ſtēſura eſt ſpōſa chriſti ī illa magna curia vbi
tot prīcipes erūt cōgregati et neſcit qua ho
ra vocāda ſit ī morte. Ideo ſēper debet eſſe pa
rata ne dicat ei amice dico vobꝭ neſcio vos.
Imo tūc volūt veſtē ordiri qn̄ debēt ſuccidi ī
morte. Ideo dicit ezechias. 38 Dū adhuc or-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dixer ſuccidit me. Noli ergo tardare te xere
veſtem iſtam ne ſubito ſuccidaris. Fac iuxta
conſilium ſapientis mulieris de qua dicitur in
pꝛouer. vlti. Queſiuit lanam et linū et opera-
ta eſt conſilio manuum ſuarum. Per lanam
intelligūtur beneficia que ab humanitate chꝛi
ſti recepimus. Per linum beneficia que ab ip
ſius diuinitate nobis ſunt exhibita. Quid eſt
ergo lanam ꝛ linum querere niſi beneficia no
bis tam ab humanitate chꝛiſti ꝙ a diuinitate
in coꝛde et oꝛe frequentiꝰ reuoluere: vt ſic ve
ſtem charitatis texere valeas in coꝛde tuo qꝛ
ex frequenti recogitatione beneficioꝛum dei
coꝛ ipſius amoꝛe accenditur. Quarta cauſa
eſt ꝙ ſi hec veſtis tibi defuerit turpitudo tua
manifeſtabitur toti mundo ideo dicitur in ꝓ
uer. 10. Vniuerſa delicta operit charitas. et.
ioā. i apoacclipſi. 16. Beatus qui cuſtodit ve
ſtimenta ſua ne nudus ambulet et videant ho
mines turpitudinē eius. O ꝙ verecundum e-
rit ſic nudum coꝛam tanta multitudine appa-
rere. Quita cauſa eſt ꝙ bene ſcit anima ꝙ nō
licet alicui intrare regnum celoꝛum ſine hac
veſte. Iuxta illud quod legitur in heſter. 1. ꝙ
non licebat hominem indutum ſacco aulam
regis aſſueri intrare. Hec veſtis nuptialis nō
immerito appellatur qꝛ matrimonium quo fi
lius dei vnitus eſt humane nature ſoꝛoꝛi no-
ſtre requirit vt veſtem charitatis habeamus
Si enim matrimonia carnalia de inimicis ef-
ficiunt amicos quomodo hoc eccellens matri
monium homines ad amoꝛē non accendit At

Charitas operit multitudinem peca- toꝛum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tende etiam ꝙ ſolent fieri veſtes nuptiales ꝓ pter nuptias et filius dei nuptias fecit cuꝫ humana natura. Carnem aſſumendo propter veſtem ideſt charitatē in hominibus augēdam. Hec ē veſtꝭ rubea ſiue purpurea de qua ī laude bone mulieris dicitur in prouer. Ultimo. Biſſus et purpura indumentum eius. Hec eſt veſtis odorifera cuius odor benedictionē patris celeſtis impetrat quod ī benedictiōe quā yſaac dedit filio ſuo. Jacob. Gene. 27. Nobis oſtenditur vbi legitur. Statī vt ſenſit veſtimē torum eius fragrātiaꝫ ait. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni et cetera.

prou. vltimo

gen. 27.

¶ De ornamentis ſpiritualium nuptiarum videlicet de ornamento brachiorum. Capitulum. 38.

Equitur dedi armillas in manibus tuis. per armillam que eſt ornamentum brachiorum ſtrenuitas ſiue fortitudo operum deſignat. Armillā docet habere in manibus eccleſiaſti. 7. datum brachioꝝ ⁊ ſacrificium ſanctificationis offerens domino datum brachiorum vocat omne opus laborioſum quod brachijs exercetur. Sacrificiuꝫ ſanctificationis appellat omne ſpirituale exercitium vt in lectione ⁊ cōtemplatione. Ad hec duo ſcilicet datum brachioꝝ ⁊ ſacrificiū ſactificationis ordo tuꝰ te inuitat. Nā datū brachioꝝ offers dn̄o in tēpore laboris, ſacrificium autē ſactificatiōis offers

Octauū ornamētuꝫ De armilla fortitudinis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Actiua vi- ta contēpla- tiue miſcen- da.

domino in tempore orationis et lectionis. hic eſt quod in perſona religioſorum dicitur pſal. lix. Letabor et partibor ſiccimam. Siccima labor interpretatur. Laborem ſuum partitur ille qui modo operibus actiue: modo in operibus cotemplatiue laborat. Tali modo regula tua labores tuos diſpenſet. vt modo in vno modo i alio te oporteat laborare. vt ipſa laboris varietas ſiue viciſſitudines diſpenſata faſtidium tollat. Ad hec duo inuitat te dominus in canticis. viij ¶ Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. pone me vt ſignaculum ſuper brachium tuum dextrum. deum tuum ponis ſuper cor tuum per affectum deuotionis. ponis eum vt ſignaculum ſuper brachium tuum per exercitium laboris. vnde p affectum deuotionis habes ſigillum ſalutis tue in corde tuo impreſſū per laborem manuum habes quaſi contra ſigillum ſicut contra ſigillis magnatorum ſolēt a tergo contra ſigil[l]a apponi. Contra ſigillo carent qui labores ordinis effugiunt et declinant ſicut quidam conuerſi qui dum manerēt in ſeculo pro victu ſuo acquirendo fortiter poterant laborare. poſtꝙ autem conuerſi vel tōſi ſunt et cappam benedicti receperunt in dorſo ſcientes panem ſuum coctum brachia fracta habēt. Talles aſſimilant ſanſoni qui poſtꝙ fuit tonſus ab vxore receſſit ab eo fortitudo eius. Tales etiam aſſimilantur dauid qui cum puer adhuc eſſet et armis ſaulis fuiſſet indutꝰ non potuit incedere armorum pondere pregrauatus. i. regum decimoſeptimo. In talibꝰ cap

Inuitat ad laborem.

pa ordinis ita ponderoſa effecta eſt quod poſt quam eam ſunt induti non poſſunt ſe iuuare. Attende quod armilla ornamentum brachiorum eſt. Ecce quod ſtultis vile videtur ornamentum. ſcilicet labor cordis vnde cum tēpore laboris pulſatur ad panem faciendum ſiue quod vtilius videtur imitaris ad calceos vngendum vel cum ſcriberis ad faciendum ſeptimanam tuam de coquina cibi tibi ab ordine ornamentum brachiorum cōfertur. Hinc eſt ꝙ eliezer rebecce armillas de auro dediſſe legitur in geneſi. xxiiij. Appendentes decem ſiclos auri per eliezer chriſtꝰ per rebeccā anima religioſa ſignificatur. Cui confert armillas quando eam ſtrennuitate bene operandi ornat. ⁊ dicuntur pondo decem ſiclorum auri propter decē p̄cepta legis diuine adqꝫ refertur omnis humana operatio tam interior quam exterior ad deum ordinans et proximum vt ſcribit. Exodi. 3o. Ezechiel. xvi.

## ¶ De torque temperate locutionis. Capitulum. xxxix.

Sequitur dedi torquen collo tuo Attende ꝙ collo formantur ſermones per torquem ergo quod eſt ornamentum colli ad pectus de pendens ſignificat diſcreta ⁊ temperata locutio quod maxie clauſtralibꝰ conuenit quibus in tempore ſilentij ſatis deſpatio cōceditur ad p̄meditādū que loqui debeāt tēpore ſuo. ⁊ ſic eorū verba prius venire debent ad limam ꝙ ad linguā. Nā ſicut

Nonū ornamentum ſponſe xpi.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Multiloq=um fugien=dum.

Primus tracta. de pparatione cordis dicitur in prouer. 13 Qui inconsideratus est ad loquēdum ſeciet mala. Sūt enī qui habūdant verbis ꝙtū habundat aqua ad molendinū ⁊ ſicut contingit in molēdino ꝙ aliquādo ſubmittitur excluſa que retinet fluxū aque qua amota fortius ⁊ rapidius currit. ſic in multis clauſtralibus amota excluſa ſilentij que aquā verborū retinuerat tanto maiori ipetu loquūtur quanto antediutius ſiluerunt. Et ſic iniuriam ſilentij impetuoſa et moroſa fabulatione recōpēſāt. Ideo dr prouer. 17. Qui dimittit aquaꝫ caput eſt iurgiorum. Aquam dimittit qui ſe a fluxu verborū inutiliū non reſtringit. et talis eſt caput iurgiorū. i. origo diſcordie et contentionis ideo dicit eccleſia. xxv. Non des aque tue exitum nec modicū. Ille aque ſue exitū prebet qui ſe a maliloquio non coibet. Uel etiam per aquā fluxā cogitatio iuxta aliaꝫ expoſitionem figuratur. Quid eſt ergo aquam dimittere niſi de cogitatione ſtatim ad verba prorumpere qđ eſt cōſuetudo fatuorum iuxta illđ qđ ſcriptū eſt puer. xij. Fatus ſtatiꝫ īdicat irā ſuā īdicare nihil aliud eſt ꝙ aquā dimittere ⁊ hoc quare quia numeri. xix. Uas cordis fatui ligaturam pacientie ſeu humilitatis ſiue etiaꝫ mā ſuetudinis non habet et ideo immundum eſt ſecundum legem numeri. xix. Ex iſta etiā verborum cōtumelioſorum dimiſſione ſequitur cordis crepatio. Quemadmodum vas fictile aqua ab ipſo per ignem ebulita ab igne caleſfactum crepat et frangitur. ſic cor fatui cum igne iracūdie accenſū fuerit ebulit de facili aquam iurgiorū. Cor enim fatui ebullit ſtultiti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

am. Dicit ſalomon Prouerbio. 15. Et hanc ebullitionem ſtulticie ſequitur cordis fragilis dāpnoſa crepatio. Caue ergo chariſſima cordi tuo ne frāgatur: ſed iniurias tibi factas diſſimula. conuitijs tibi illatis non reſponde exēplo ſarreque vt legitur in thobia. ij. Audito ancille ſue illato conuitio aquaꝫ conuitioſe reſponſionis non dimiſit. Sed ſilens et diſſimulans ad cenaculum ſuperius aſcendit orās ſcilicet vt eam dominus ab huiuſmodi improperio liberaret. ⁊ ſicut puer a quodā vulneratus ⁊ v̄berat⁹ ſemꝑ ad matrē recurrere ꝯſueuit ſic coram chriſto omnes iniuriarum tibi factarū q̄relas depone. In fletu venient ad me dicit dominus per Jeremiē. 31. Et in miſericordia reducam eos. ſi ergo tibi conuitium inferatur vl ſententie tue ab aliquo reſiſtatur noli verbis contendere. Sed permitte te vinci vt vincas. Dicit enim chriſoſtomus. Optimus victorie modus eſt in multis vinci. Attende ꝙ melius eſt vitium vincere quam vinci a vitio. Uincit qui tacet et ſuſtinet. perſonam aliquando vincere videtur qui reſpondet: ſed a vitio vincitur intra licet extra victor appareat. Sint ergo chariſſima pauci ⁊ temperati ſermones tui vt fluxum cogitationum ⁊ verborum retineas. vt in collo tuo ornamentum torques iugiter valeas deportare. Dicitur enim in Eccleſiaſtici. 6. Inice pedem tuum in compedes ſapientie et hoc fit per loci ſtabilitatem ⁊ poſt hoc ſibi dicitur ⁊ collum tuum in torques eius tunc collum in torques ſapientie ponitur quando ver

Cor fatui q̄ſi vas cōfractum.

Patiētia vincit maliciam.

Chriſoſto.

ba ad regulam ipſius ſapientie reformantur.

¶ De inaure obedientie et de proprietatibus aurium obedientie et intelligentie. Cap. 40.

Decim⁹ ornat⁹ ſpōſe chriſti.

SEquitur. Dedi i aures auribus tuis Ezechie. 16. Per inaurem que eſt ornamentum aurium ſignificatur obedientia iuxta illud quod ſcriptū eſt in prouerb. 25. Inauris aurea ⁊ margarita fulgens qui arguit aurem obedientem ⁊ in eccleſiaſtico. ſicut inauris aurea fulgēs margarit; ornat aurē: ita correctio ſapiētis ornat auditorem obedientie. Cum ergo aliquid tibi inungitur cum argueris cum inſtrueris inaures auree auribus tuis appendūtur. Noli ergo reputare te ſub precepto tibi facto ſeu a corruptione humiliatam ſeu abiectam ſed ornatam. immo audi filia per obedientiam. pſal. 44. Et inclina aurem tuā per humilitatem ⁊ obliuiſcere populum tuum ⁊ domum patris tui per carnalium ⁊ terrenorum abiectionem. attende ꝙ due aures date ſunt homini ad deſignandum ꝙ obedientia debet eſſe ad duo. Ad agendum ⁊ ad ſuſtinendum iuxta verbū apoſtoli ad hebre. vltimo. Obedite inquit prepoſitis veſtris ⁊ ſubiacete eis. quod dicit obedite pertinet ad opera. Quod autem dicit ſubiacete pertinet ad flagella. ſunt aliq̄ clauſtrales qui ſatis obedientes reperiuntur ad opera. ſed repugnant ⁊ murmurant ad flagella cum eis. ſ. diſciplina imponitur. confeſſio ad terram ſeu aliqua abſtinentia pro ſuo exceſſu iniungitur. Tales nō

Correctio ornatus aurium.

due aures cur hoī ſūt date.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

habent niſi vnam aurem quod eſt ſignuz latronum. Sunt qui ambabus auribus carent. vt fratres ocioſi q̄ nichil agere volunt. ⁊ fratres delicati qui nichil ſuſtinere poſſunt. de talibꝰ dicit dominus per Ezechie. 23. Loquens anime peccatrici dicēs preſcidēt ſcilicȝ demones aures tuas. Item ſunt qui habent aures lenes non piloſas ſcilicet ad deſignandum manſuetudinem ⁊ lenitatem que debet eſſe in obedientia. iuxta verbum eccleſia. 4. Eſto inquit manſuetus ad audiendum verbuȝ. Aures piloſas ⁊ aſperas habent qui pungendo et remurmurando obediunt. Item auris ſemper eſt aperta ita obediētia ſēper debet eſſe parata. ¶ Verus enim obediens mandatum non procraſtinat dicit Auguſtinus. De promptitudie populi obedientis dicit dn̄s in pſalmo. 17. In auditu auris obediuit michi. i. q̄ cito audiuit obediuit. Item debent eſſe aures purgate a ſuperfluitatibus que ad aures perueniunt. Sic obedientia illa purgata eſt q̄ nichil habet de ſuo. Aures obedientie immundas habent que procurant ꝙ eis iniungatur quod volunt nō quod velit. qui eis iniungit. ¶ Et attēde ꝙ natura dedit tibi vnicū os ⁊ duas aures vt ſic edocearis ꝙ minꝰ debes loqui q̄ audire. Ita vt ſcōm verbum Iacobi. 1. Sis velox ad audiendū tardus ad loquendum. Et ideo odor tuus loca multa tempa multa tibi diſpenſauit ad audiēdū: pauca vero ad loquenum. Unde ad audiendum et tacendum inuitat te eccleſiaſti. 13. dicēs. Audi tacēs ⁊ pro reuerētia accedet tibi gratia bona.

Aures preciſas q̄ habeant.

Aures piloſe.

Aures apte.

Aures purgate.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Silentiuꝫ grām generat.

Et verefacienti gratia accedit. Jn ſilentio eni
zacharie ꝯceptus eſt ioannes qui interpretat᷑
gratia dei. Luce. i. Si vis ergo gratiā in corde
tuo concipere: audi ⁊ tace. Jtem attēde ꝙ na-
tura dedit tibi aures in anteriori parte aptas
⁊ retro clauſas: vt ꝑ hoc edocearis ab ipſa na-
tura vt poſterioribꝰ. i. vaniloquijs ⁊ detractio
nibus aures habeas clauſas ſermonibus ꝟo

Detractiones nō audiende.

edificatorijs habeas apertas. Sūt autem qui
dam qui nobilitatem canum ex parte aurium
imittantur habent enī aures pendentes cōtra
naturam ⁊ ſic clauſas a ſuperiori ⁊ ab inferio
ri apertas. Tali modo aures caninas ꝯpendē

Aures canum.

tes habent qui eas ad terrena ⁊ tēporalia ape
riunt et ad celeſtia claudunt. Juxta verbū am
broſij dicentis. ꝙ nummus dulcius ſonat in au

Ambroſi.

re cupidi ꝙ̄ verba diuina. Jtem auris conca-
ua eſt. in quo intelligentis ſeu obedientis rece
ptibilitas deſignat᷑. contra illos quibus quic-
quid intrat per vnā aurem. exit per aliā. Con-
tra quos dicit eccleſiaſticus. 3. Auris bona au
diet cum omni concupiſcentia ſapientiaꝫ. ſapi

Hoī ꝑuas aures dedit natura

ens cor intelligibile abſtiebit ſe a peccatis Jtē
attende ꝙ natura dedit paruas aures homini
ſecundum quantitatē ſuam. Animalia enī mi-
nora vt canis porcus ⁊ huiuſmodi maiores ha
bent aures vt per hoc cognoſcat homo ꝙ audi
tum ſuum debet reſtringere ⁊ coartare non ad
quecunqꝫ verba dilatare. Sunt eniꝫ quidā qui
ad modū muli vel aſini aures patulas ⁊ latas
habent ad omnia que dicuntur aures ⁊ cor ap
plicantes. Tales pacem cordis habere nō poſ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſunt qui tot hoſpites tumultuoſos in cordis hoſpitio recipiūt quot verba vana ⁊ mūdana admittūt. Unde pruritus auriū ſolet dici ſignum ⁊ iudiciū hoſtiū ſuperuenientiū. Tales enī aures prurientes habent qui rumoribus quibuſcūq auditum applicāt. Juxta verbum apoſtoli. 2. thimo. 4. dicentis. Erit tempus qn̄ multi ſanā doctrinā nō recipient ſed coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. Itē attende ꝙ natura dedit homini aures ſolidas ⁊ rigidas ita ꝙ eas mouere non poteſt niſi moueat caput ſicut dicit philoſophus in libro de natura animalium. aſinus enim ⁊ mulus ⁊ alia aīalia bn̄ mouēt aures capite immoto. In hoc inſtruimur a natura ꝙ auditum noſtruz nō debemus preſtare niſi vbi caput ideſt ratio conſēſerit. Quando auditum tuū verbis prebes ocioſis ⁊ nociuis rationi tue conſcientie repugnantibus. tunc admodū aſini ⁊ muli aures moues capite ratiōis imoto. Item attende ꝙ ſunt quidam qui habent aures ſerpentis de quibus dicitur in pſalmo. 57. Sicut aſpidis ſurde et obturantis aures ſuas que non exaudiet vocē incanticum. obturat enim aurem ſuam terra ne audiat verba incantatoris. Sic multi terrenis ita aures habent obturatas ⁊ ſciētia ſeculari ꝙ verba incantatoris ideſt ꝑdicatoris recipere non poſſūt. Tales ita diabolo cōfederati videntur ꝙ nichil quod ſit contra ipſū poſſūt audire. Item ſunt quidam qui habent aures molendinariū qui nō poteſt audire niſi tumultum

Poſt multa verba iſcetudo.

Aures īmobiles.

Aures aſpidis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aures mo lendarij.

molendini. vt illi qui laudem popularez venantur. ⁊ in hominum accumulationibus cum herode delectantur. Ideo ad hoc vt auditus eis reſtituatur neceſſe habent a tumultu mundano cor ſuum ſeparare. Ideo in figura huiuſmo di. dominus ſurdum quem curauit extraxit ex tra turbam et tunc poſuit digitos in aures eiꝰ et dixit effeta quod eſt adaperire. marci ſepti mo. Tunc ſurdus extra turbam ducitur quando ille in cuius corde verba dei non reſonant a mundano tumultu ſeparatur. Tūc digiti domini in aures eius ponũtur quādo opera chri ſti que per digitos ſignificantur eius auditui imprimuntur. Attende etiam ꝙ eſt auris ſurda ſeu potius ſurdus aure. Surdus appellat omnis inobediens. Sunt autez multi clauſtra les qui ſurdi non ſunt. ſed tam dure audiunt vt illi qui licet prelatis obediant tamen dure ⁊cū murmure ⁊ inuite. Sed etiam quidaz clauſtra les qui volunt ſibi fricari aures ſicut dicitur in vulgari vt quedam moniales que non poſſūt audire loqui de moribus ⁊ vt ſpirituales vide antur de contemplationibus ⁊ de raptu anime in deum ſibi loqui volunt. de quibus dicit Eccleſiaſti. vltimo. Obſurdeſcēt filie carminis. di cuntur ille qui de carminibus idest cantilenis celeſtibus audire volunt et tales multotiens obſurdeſcunt quia nec ſentiunt nec intelligunt quod dicitur: aliquando paſmos ſimulent ⁊ ſin gultus.

Surdi ſa natio.

Inobedientes ſurdi ſunt.

¶ De corona virginitis.

Cap. 41.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sequitur. Poſui coronā decoris in capite tuo. Ezechielis.xvi. Per coronā virginitas intelligit᷑. Nā virginibus illa corona decoris ꝓmittitur q̄ aureola ꝯſueuit appellari ⁊ illa decoris corona nichil aliud eſt niſi q̄dā excellentia ſiue dignitas q̄ i celeſti patria i ꝟginib⁹ appebit. ⁊ pōt dici q̄ſi q̄ddā ſertū̄ de florib⁹ ſup coronā aureā q̄ eſt ꝑmiū accidētale. De hac duplici corona dr̄ in Iſay.28. In illa die erit dn̄s corona glie ⁊ ſertū exultatiōis reſiduo populi ſui. Attēde ꝙ corona fit de auro ⁊ de lapidibus ꝓcioſis. Sertū fit de florib⁹ vt roſis violis ⁊ huiuſmōi. Attēde ꝙ magnū eſt hr̄e ipſū dn̄m ꝓ corona. Et ꝟgines nō tm̄ hn̄t dn̄m pro corona qd̄ erit cōe oib⁹ gl̄ificat; ſ; hēbūt deū pro capello florido exultationis in apparentia ſpūalis excellentie que id virginibus in celeſti patria apparebit. In hui⁹ duplicis corone figura legit᷑ i Exodo.25. ꝙ dn̄s precepit vt fieret menſa i tabernaculo ⁊ ſuper menſam corona ⁊ ſup coronam coronula que figurata eſt aureola que ſuper coronā glorie in virginibus ſupponetur. Inde eſt ꝙ angel⁹ beate cecilie virgini ⁊ viro ſuo valeriano apparuit coronas aureas deferens in manu ſua. Hec corona debetur victoribus. Que maior victoria q̄ꝫ in virginibusque in carne viuentes preter carnem viuūt ⁊ in carne triumphant ſicut dicit Hieronymus. Item ſi corona debetur regibus ⁊ reginis quib⁹ magis debetur corona q̄ꝫ ſponſis regis celeſtis q̄s efficit virginitas. Unde accidit ꝙ q̄ꝛ virgines tenent locum eccleſie triumphantis que ſpon-

Undecim⁹ ornat⁹ ſpōſe chriſti.

Virginitatis aureola nobiliſſima.

Debet᷑ corona triūphātibus.

Corona debet᷑ regib⁹.

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

Nõ ꝯsecratur mulier niſi ſit ꝟgo

ſa ſine macula ⁊ ruga appellatur. Non conſecratur mulier niſi virgo. tamen conſecrari poteſt in epiſcopuꝫ ꝗ virgo non eſt. ¶ Si aũt queris que ſit ratio ꝙ in virgine conſecranda virginitas requiratur ⁊ non in viro in epiſcopum conſecrãdo. Reſpõderi poteſt ꝙ ſanctitas virginis ſanctitatem ſignificat eccleſie triumphãtis in celo. Sanctitas epiſcopi ſanctitatem ſignificat eccleſie militantis in terra. Unde maioꝛ requiritur integritas in muliere conſecrãda pꝛopter figuram celeſtium quam viro conſecrando in epiſcopum gerentem figuram terreſtrium. Jdeo pꝛopter defectuꝫ figure ſiue ſacramenti mulier que ſe ad conſecrationem ingerit que virgo non eſt peccat moꝛtaliter. ido dicit Auguſtinus virgines que coꝛrupte ſunt ſemel non audeãt ſe ſacris virginibus adeq̃re.

## ¶ De oꝛnamento aureo obedientie. Cap. 42.

Duodecimus oꝛnatus aie xp̃i ſpõſe.

Sequitur. Ezechiel. 16. oꝛnaui te auro. Per oꝛnamentuꝫ aureum celeſtium mandatoꝛũ obedientia deſignat᷑. Mandata enim diuina ſunt velut aurum precioſiſſimum quo oꝛnatur qui cura diuinis mãdatis afficitur. Unde dicit Eccleſiaſti. 26. Pone coꝛ tuuꝫ in mãdatis altiſſimi ⁊ pꝛoderit tibi magis ꝙ̃ aurum. Attende ꝙ non monet mandatũ ponere in coꝛde. ſed coꝛ ponere. in mãdato. Mandatũ enĩ in coꝛde ponit᷑ per intelligentiã ⁊ memoꝛiã. Sed ꝑꝑrie coꝛ ponit᷑ in madato per affectionem. dicimur eniꝫ coꝛ ponere in re circa quã afficimur circa quaꝫ ſolliciti ſumus

Obedientia i auro liquatur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Si mandata noſti ponere in corde diſtat cor tuum ponere cor in mādatis quod maius ē. De iuſto enim dicit. Eccleſiaſticus. xlv. q dedit ei dominus cor ad mandata.

## De ornamento argenteo diuini eloquij. Capitulum xliij.

Decimus tertiꝰ ornatus aīe xpo deſpōſate.

Sequitur ornaui te argento. Quid p argētum niſi eloquij diuini dulcedo ſignificatur. Nā ſicut argentum dulciter ſonat ſta eloquia diuina in aure intellectus bene diſpoſiti dulcem faciunt melodiam. Juxta verbū eccleſiaſtici. xl. dicentis. Thibie et pſalterium dulcem faciunt melodiam et ſuper vtramqꝫ lingua ſuauis. Lingua ſuauis eſt doctrina euangelij. O q lingua eſt ſuauis quando dictum ē magdalene peccatrici. Luce. 7. Fides tua te ſaluā fecit vade in pace. O q lingua eſt ſuauis quando dictum eſt de mulieri deprehenſe i adulterio. Jo. 8. Nemo te condempnauit nec ego te condempnabo. Uade et amplius noli peccare. O q ſuauis eſt lingua quando dictum eſt latroni pendenti. Luce. viceſimo. ij. Hodie me cum eris in paradiſo. Argentum ergo dulciſſimum eſt doctrina euangelica. Iſto argento ornatur qui doctrina et predicatione euangelij afficitur et vitam ſuam et ſecundum eam regulat. Argentum habet ſed argento non ornatur qui verba dei nouit et ſecundum verba dei non viuit. Talis condempnatur ī iudicio quia pecuniā dñi ſui abſcōdit ſicut dicit dñs in euāgelio. Mathei. xxv. De hoc argento dicit. pſ. xi. Eloq̄a dñi eloq̄a caſta argētum igne exami

Sermo dñi dulcis eſt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sermo domini caſt⁹

natū. Caſta dicit eloquia dei q꞉ caſtitatē docēt. Sapientia ui dicit iacob⁹. 3. Que deſurſum eſt primū quidem pudica eſt Item caſta appellatur que aīam ſibi per amorē inherentē caſtā efficit Unde dicit hieronim⁹. Ama ſciētiam litterarum et carnis vitia non amabis.

Hieroni. Sermo ignitus.

Item idem dicit. Mentes legi ſcientie inherentes iniquitas non inquinat. Argentum appellatur ꝓpter ſui puritatē propter ſui ſonoritatē. Argentum dico igne ſancti ſpūs examinatū q꞉ eloquia ſcripture a ſpiritu ſancto edita ſunt a ſpiritu ſancto expoſita ſunt. Et quia ſpiritus ſanctus ignis eſt eloquia dei ignita ſunt. Ignitum enim eloquium tuum vehemēter ait ps. 118. Ue ergo cordi tanta frigiditate peccati conſtricto ꝙ ignitum eloquium illud calefacere nos poteſt.

Sermo. dei purgatus.

Sequitur in predicta ps auctoritate purgatum terre. i. a terra ſeptuplum ideſt perfecte purgatum a terra q꞉ terram docet deſpicere ſola celeſtia et eterna deſiderare facit. Item purgatum a terra dicitur verbum dei qua celum promittit. Item purgatum a terra dicitur quia tractatores et doctores eloquiorum diuinorum ab amore terrenorum debent eſſe purgati vnde dicit gregorius. Ignominioſum valde et ſubcius ſtatus ſpem gloriam mundi et diuitias querere in quo debet alios ad contemptum temporalium prouocare et hec dicta de ornamentis anime ſufficiant.

¶ Finis primi tractatus

¶ Sequitur ſecūdus tractat⁹. Ca. xliij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Poſt tractuz de preparatione cor-
dis ſecundum: diuerſas facies
ſub multiplici diuiſione diffuſum
Reſtat vt ad tractandum de cor-
dis cuſtodia cor et ſtilum conuer
tamus. quia enim in corde ſedes eſt anime ſe
cundum teſtimoniū auguſtini. ⁊ eſt cor quaſi
vas omnium theſaurorum celeſtium. Et eti-
am quaſi caſtrum in terra inimicorum ſitum
in ſūmo perſeuerandū nobis iubetur a ſalo-
mone in prouer. 4. Dicēte omni cuſtodia ſer
ua cor tuū q̄m ex ipo vita p̄cedit. Conſidera
ergo et attende cor tuum quaſi vas precioſuz
quod carius emitur diligentius cuſtoditur in
cuius fractura maius dampnū incurritur q̄d
difficilius reparatur. Cuius fracturam mira
bilem conq̄ritur dominus per ieremiā. 25. Di
cens. Cadetis quaſi vaſa precioſa. Cuſtodi
ergo cor tuum quaſi vas precioſum chriſti ſā
guine comparatum a chriſto quantum in ſe
eſt diligenter cuſtoditū ſpiritualiter q̄ñ illud
in clauſtrali diſciplia firmauit cuſtodia ne in
dāpnū difficile reparabile cadat ⁊ frāgat̄ ⁊ p̄
cioſi liquores diuīe gratie effūdant̄. Gratie
enī fatuorū effūdētur dicit. Eccleſiaſtic⁹. 20 ⁊
21. Hui⁹ autē effuſionis ponit rationē ī ſequē
tib⁹ dicēs. Cor fatui quaſi vas ꝯfractū et ideo
omnē ſapiētiā nō cōtinebit. Cuſtodi ergo cor
tuū quaſi vas p̄cioſum. Vas dico aptum ad
oēs theſauros celeſtes capiendū vt illud iux
ta monitionē apoſtoli. i. teſſa. iiij. In ſanctifi-
catiōe poſſideas ⁊ honore. poſſideas. dicit. pe

Cor ē vas aptum ad omnes. theſauros celeſtes

Cordis ſolliciti cuſtodes eſſe debemus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nes ꝛc. Nonne vides iſtos eſcuarios camerari os nobiliū cappas dn̄oꝛum ſuoꝛum cum tanta diligentia cuſtodire ꝛ eas cum equitant deferre. Quare ergo coꝛde tuo quod eſt cifus ī quo chꝛiſtus verus ioſeph bibere ꝛ auguriari ſolet te tam miſerabiliter ſuſtines frangi. Erubeſce illi maioꝛem curam habere de cappa ꝙ tibi de coꝛde tuo. Attende ꝙ vas coꝛdis quaſi mutuo concedis inimico cum coꝛ tuum delectari ſuſtines in peccato das vero cum peccato conſent꞉ Transfertur enim coꝛdis dominium in aſſenſu Cōſueuit enim mendax aduerſarius quaſi redditurus mutuo petre q̄d intendit auferre. Noli ergo vas coꝛdis tui dyabolo concedere nec credas ei de vaſe reddendo. Uas tuum reddere pꝛomittit cum tibi recuperationeꝫ et reſumptionem coꝛdis pollicetur. In ſanctificatione autem vult ap̄lus ꝙ vas coꝛdis poſſideas. Secundum enim idem mundum debet eſſe vas in quo tam pꝛecioſi liquoꝛes gratie ſcilicet et ſapientie infundūtur. In honoꝛe etiam vas coꝛdis tui te poſſidere monet ap̄lus. i. teſ. 4. Si enim vaſa inquibus ponuntur reliquie habere conſueuerunt in honoꝛe quanto magis coꝛ tuum debes honoꝛare, in quo tam pꝛecioſe reliquie coꝛpus ſcilicet et ſanguis domini tui quotiēs ad altare accedis reponūtur. Ideo te monet eccleſiaſtic⁹. io. 24. Ut vas tuum in honoꝛe poſſideas dicens. Fili ī māſuetudine ſerua animā tuam et da ei honoꝛem ſecundū meritū ideſt ſcd̄m cōuenientiā dignitatis ſue. Et ſequitur ibi. Exhonoꝛantem animā tuā quis honoꝛ

Quid ſit coꝛ mutuare.

Coꝛ mundandum.

Coꝛ honorandum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rabit ideſt quis honore dignū reputabit:illū q̄ animā ſuā peccator̄ immūdicijs dehonorat Noli ergo chariſſiā ēē velut colūba ſeducta nō habens cor legitur in oſee.7.Quin poti⁹ retine cor tuū ī proſper꜄ per temperantiā nā fornicatio et vinum auferunt cor vt dicit̄ ī eo dem.4.Per fornicationē ⁊ vinum:omnis vi=tiorum carnalium intemperantia deſignatur Retine ergo cor tuū in aduerſis per patiētiā Nam qui increpationib⁹ acquieſcit poſſeſſor eſt cordis vt dicit ſalomon ī prouer.15.Ideo dicit domin⁹.luce.21.In paciētia veſtra poſſi debitis animas veſtras.Noli ergo a tāta poſ ſeſſiōe per impaciētiā ſpoliari.Hec eſt poſſeſ=ſio qua retēta nichil perdere potes qua perdi ta nichil retinere.Uñ ſeneca refert de quodā qui cum capta patria.vxore et liberis cum ex incendio publico ſolus remāſiſſet interrogat⁹ ſi aliquid perdidiſſet:reſpondit.Nichil perdi=di.Bona enim mea mecum ſūt.Ecce ſe nichil perdidiſſe qui ī tāto diſcrimine cordis ſpoliū retinuerat.Propt̄ hoc dicit ſeneca q̄ ſapiēs omnia bona ſua ītra ſeipſū repoſuit.Cuſtodi ergo teipſaz et animā tuaz ſollicite dicit moy ſes in lege.Deutro.4.

Cor retin dum

Seneca

¶ De cuſtodia cordis ad ſimilitudinem caſtri obſeſſi. Ca.xlv.

Conſidera igitur iuxta aliam faciem cor tuum et attende illud eſſe quaſi caſtrum nobile in terra inimicorum ex omni parte obſeſſuz propter quod omni cuſtodia ſeruandū.Ideo exclamat dñs.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Baruch tertio. dicēs. Quid eſt iſrael ꝙ in terra inimicorum es? Iſraelem appellat omnem animam ad dei cognitionem erectam. Cuſtodi ergo caſtrum tuum in tam periculoſo ꝛ tam extraneo loco firmatū. Bonū ei caſtrūcuſtodit qui cor ſuū cuſtodit dicit ſapiens. Añ illud caſtrum tenet ſedem ſuam dyabolus cum toto exercitu ſuo tam carne ꝙ mundo. Ipſe enim eſt leo qui circuit querens quem deuoret vt dicitur. i. petri. v. ſuper quam locum dicit gloſa. Circuit dyabol⁹ tanꝙ hoſtis clauſos obſidēs muros explorat an ſit aliqua pars murorum minus ſtabilis. cuius additus ad interiora penetretur. Offert oculis formas illicitas et faciles voluptates vt viſu deſtruat caſtitatem. aures per canora temptat vt molliat chriſtianum vigorem. linguā cum vitio prouocat manus iniuriis laceſſantibus ad ſedem inſtigat honores terrenos promtittvtceleſtes adimat et cum latenter non poteſt fallere apertos addit terrores. In pace ſubdolus in perſecutione violentus contra quem tantum debet eſſe animus paratus ad reſiſtendum quantum ille paratus eſt ad impugnandum. Uide ergo ꝛ cōſidera qualem aduerſarium habes et cuſtodi caſtrum cordis tui a tali et tanto inimico obſeſſum. Attende obſeſſi in caſtris ꝙ ſobrie viuunt ꝙ parum dormiunt ꝙ raro et cum quāto timore cum ꝙta cautella caſtra exeūtꝙ celerrime reuertuntur ꝙ diligēter ꝙ frequēter caſtri officinas girant cum ꝙto ſtrepitu et ſtrēnuitate ſeinuicem excitant licet quando dolentes et

Cor obſidetur a diabolo.

Gloſa ordinaria

Cōuerſatio obſeſſorū attēdenda.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

timentes circueunt cantando ſuper muros vt aduerſarios deterreant. Sic tu chariſſima ſi caſtrum cordis tui defēdere ⁊ cuſtodire cupis ſobria eſto non enim decet obſeſſum ſibi quere re delicias cōtra aduerſarium tuum qui circuit circa muros querēs quem deuoret. Uigila ſomno negligentie ⁊ torporibꝰ excuſſo. Raro ⁊ cū cautella ad exteriora negocia te īgeras ad tua ītima cariſſima reuertaris. Cordis tui officinas tā intellectus ꝗ̄ affectus ꝑ diligentem examīationē viſitare ſtudeas teme tipſā ⁊ eas que tecū ſūt in labore ī clauſtro in cātu in choro cū quadā hilaritate ſtudeas excitare et ipſo cātu tuo obſidentes demones deterrere. vt cogātur dicere illud verbum libri primi regū iiij. et. x. Audito in caſtris domini cantu ⁊ iubilo dixerunt philiſtim. Ue nobis quia non fuit iſta exultatio ī caſtris iſrael heri ⁊ nudiuſtertius. Attēde ꝙ cum obſeſſum tā lōga obſidione fatigati fuerīt ⁊ laſſati conſueuerunt mittere ad dominos ſuos pro ſuccurſu. Sic tu chariſſima mitte ad dominum tuum nuncios vt a te temptationū obſidio ammoneatur vel ſaltem deliberetur. Qui ſūt iſti nuncij niſi orationes que velut quidē curſores a domino legio a quo tenes caſtrū cordis tui ⁊ ab amicis conſanguineis id eſt ſatis ſuccurſum petunt. Quid eſt ergo ꝙ vides te obſeſſam et ſuccurſum non petis quod eſt dicere vides te temptatam et orationibus non inſiſtis huiuſmodi autē obſidionis figura in lib. primo regū vndecimo Et. ij. regū decimo ſignanter exprimitur vbi legitur

Nūcij ſunt orationes.

kij.

ꝙ Naas amonites obſedit ciuitatē que voca-
batur iabes. Cumqꝫ petiſſēt obſeſſi ab eo fed⁹
reſpōdit. In hoc feriam vobiſcum pactum vt
eruam vobis omnib⁹ oculos dextros. et acce-
perunt indutias donec miſiſſent nuncios pro
ſuccurſu et cum veniſſent nuncij et nunciaſſent
anguſtias illorum qui miſerūt illos fleuit om-
nis populus. Et rex ſaul in eorum auxilium ſe
vēturū promiſit. Et ingreſſus caſtra in vigilia
matutina percuſſit illos qui ſedē tenebāt pla-
ga magna. Reliqui aūt diſperſi ſunt vt nō reli
querentur ex eis duo pariter. Attēde quāta in
ſtructio quāta cōſolatio in his verbis cōtinet
Obſidio naas qui ſerpens interpretatur ꝯtra
iabes ſignificat obſidionē quā ſerpēs ātiquus
dyabolus facit cōtra aīaꝫ eā varijs temptatio-
nibus impugnādo. ꝙ aūt illi qui obſeſſi erant
petunt pacem cum naas ſignificat ꝙ aliquādo
cogitationes ⁊ affectiones cordꝭ moleſtis ten
tationum fatigate ⁊ laſſate tanꝙ diffidentes ꝙ
poſſint reſiſtere quaſi pacem volunt facere cū
dyabolo ⁊ ſe ei per conſenſumpeccati reddere
in quorum perſonam dicitur in Eſay. 18. Per-
cuſſimus fedus cum morte ⁊ cum inferno feci-
mus pactū. O ꝙ̄ dampnoſa ꝙ̄ periculoſa pax
cum tali aduerſario qui oculum dextrum vult
eruere ideſt quidiuinum amorem ſeu cognitio
nem ſpiritualiū conatur auferre. Reſiſte ergo
noli pacē facere cum eo ne a te dexter tuus o-
culus auferatur ꝙ ob ſeſſi pati renunciātes ꝓ
ſuccurſu nuncios miſerunt ſignificat ꝙ aīa dā
num peccati aduertens coꝛ reſumit cōtra dya

Figura cō-
tra tentati
ones.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bolum ꝛoꝛationibus ꝛ ſuſpiriꝭs ſuccurſū petit a domino tanꝙ ab illo a quo tenet caſtruȝ coꝛdis ſui. ꝙ populus auditis verbis nunciorum fleuiſſe legitur ſignificat compaſſionem ſanctoꝛum quam ipſi habent de nobis maxime de temptatis ſuccurſum petentibus ꝛ expectantibus. quia licet ſicut dicit Bernardus ſācti ſint impaſſibiles nō tamē omnino incōpaſſibiles. ꝙ auteȝ ſaul eos liberauit. ſignificat liberationem temptationum meritis ꝛ interceſſionibus ſanctoꝝ quā ꝛ oꝛatiōis virtute a chꝛiſto expectāt ita vt poſſint dicere illud pſal. 17. Qm̄ in te. i. per te eripiar a tētatiōe ꝛ in deo meo trāſgrediar murum. Murum appellat duriciem ꝛ congeriem peccatoꝛum. Quid eſt quod ibidē ſubditur ꝙ reliqui diſperſi ſunt qui ſcȝ non fuerunt interfecti a ſaule niſi ꝙuis dn̄s ſuos a tēptationibus eripiat tamen aliquas tēptationum reliquias reliquit in animā vt habeat cō quo exerceatur ne omnino toꝛpeſcat. Tēptatio enim dicit Gregoꝛius non eſt voꝛago victorum ſed exercitatio virtutum. Unde ita conſeruat dominus ſuos ꝙ tamen opoꝛtet aliquid ſuſtinere vt anima in humilitate conſeruetur et ne omnino aſſecuretur. grauiſſima enim tēptatio eſt omnino nō temptari vt dicit Auguſtinꝰ. (Auguſti.) Collige ergo omnia notabilia in verbo hyſtorico pcedēte. Si coꝛ obſeſſum habes noli reddere caſtrum nec facias cum inimico paceȝ ne dextrum oculum ideſt cognitionem dei ꝛ ſpiritualiuȝ amittas. Sed mitte nuncios oꝛationū pro ſuccurſu vt per ſanctoꝝ compaſſionem ſuc (Qūo reſiſtēdū tēptatiōibꝰ.)



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

curſum celerrimuꝫ a dño chriſto tuo valeas re portare quia tibi aliquas inimicas tẽptatiões reliquit vt in humilitate conſerueris ⁊ timore. Attende ꝙ nõ poteſt diu teneri craſtinum vbi non ſunt homines defenſibiles. Ita cor diu nõ poteſt ſe tenere contra diabolum vbi non ſunt defenſibiles cogitationes. i. fortes ⁊ viriles. Sicut ergo in caſtris cum obſidẽtur extramittuntur mulieres ⁊ paruuli ſic facias de corde tuo vt cogitationes ⁊ affectus molles ⁊ pueriles extramittas ⁊ tantum defenſibiles retineas. Quaſi mulieres ſunt cogitationes que circa voluptates et circa iſta carnalia verſantur ⁊ tales non defendunt caſtrum cordis. ſed potius produnt ⁊ hoſtes intromittunt. Unde dominus quaſi conquerendo per Naue. 3. dicit. Ecce populus tuus quaſi mulieres in medio tui. Populus in medio hominis ſũt cogitationes ⁊ affectiones in corde quod eſt quaſi ſedes in medio hominis. Hic populus quaſi mulieres eſſe dicitur dũ circa mollia ⁊ carnalia verſantur. Paruuli in caſtro cordis ſunt affectiones terrenorum. Qui enim ſola diligit temporalia ⁊ terrena iſta amplectitur parruulus eſt. Nam omnia talia parue res ſunt ⁊ ideo a paruulis diligi ſolent. Non conuenit hominibus magni cordis parua diligere. Ideo dicit apoſtolus. 1. Corinth. 13. cum eſſem paruulus cupiebam vt paruulus ſapiebam vt paruulus. Cum autem factus ſum vir euacuaui que erãt paruuli. Euacua ergo que ſũt paruuli iſta terrena paruipendẽdo. quia affectus circa hmõi

Cogitationes dt eſſe mulieres.

victoria habẽda ꝯ paruulos.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non ſunt ſtabilia nec apta ad defenſionem caſtri cordis tui. Magna cogita: magna dilige ſi vis magna poſſidere ne tibi improperetur illud Prouerb.1. Uſquequo paruuli diligitis infantiaꝫ. Infantiam appellat quicquid terrenum quicquid temporale eſt. circa que corda infantilia occupantur. Emitte ergo a caſtro cordis tui mulieres et paruulos huiuſmodi ſi vis obtemperare ſolomodo dicenti tibi. Prouer.4. Omni cuſtodia ideſt perfecta cuſtodia ſerua cor tuum. Et ſicut longe ſuperius diſſeruimus quemadmodum preparatur cor per timorem ita cuſtoditur per ſcienttiam ſeu diſcretionem. quia vt dicit ſalomon Prouerb.24. Cuꝫ diſpoſitione initur bellum ideſt cum diſcretione reſiſtitur inimicis tam corporalibus quam ſpiritualibus. Dicit eīm idem ſalomon. Eccleſiaſti.9. Melior eſt ſapientia quam arma bellica. Et tullius in rethoricis dicit. Parum proſunt arma fortis niſi fuerit conſilium domini: incauti enim pugnatores in bello ſpirituali ſuccumbunt. ſcriptum eſt enim in baruth.3. Quoniaꝫ non habuerunt ſapientiam perierunt. propter ſuam inſipientiam.

¶ Stulticie imprudentium in bello ſpirituali. Cap.46.

Sunt autem multe ſtulticie quibus imprudentes in bello ſpirituali ſuccūbunt quarum decem enumerare decreuim⁹. prīa ſtulticia ē eoꝝ q̄ añ pugnā ſe armare nolūt ſꝫ tūc prīo arma accipiūt cū dolorē

Prīa ſtulticia ē eoꝝ q̄ ſe armare nolunt.

vulnerum ſentiunt. Tunc etiam patientie vel humilitatis ſcutum accipiunt cum gladio lingue nequã fuerint vulnerati. Tales equo amiſſo tum primo ſtabulum claudere deliberant. Ideo dicit eccleſiaſti. 2. Prepara animam tuam ad tẽptationem. Preparatio iſta eſt cogitatio de modo reſiſtendi tẽptationi quod faciẽdum eſt anteꝙ impugnet tẽptatio. Semper ei deberent incedere armati qui verſantur inter hoſtes. Sic tu chariſſima cum inter hoſtes tuos maneas ꝛ proclametur ad arma ſemper debes armata incedere vt dicenti tibi ꝯuiciũ. ſtatim clipeum patienti e et taciturnitatis opponas. voluptati diſciplinaꝫ. vanitati paupertatis amorem obicias vt non feriaris ad nudũ. Clamat ad arma mareſcalus dñi. Paulus ad Ephe. 6. dicens. Induite vos armaturam dei vt poſſitis reſiſtere in die malo. et dñs ꝑ Job. 40. Memento belli ꝛ ne veſtra adas loq̄. Ar pugiles domini multa ſuſtinẽt ꝛ pauca loquũtur. Alioquin pugnant ſicut mulieres que multum poſſunt loqui ꝛ pauca facere vel ſufferre. Pugna enim mulierum ꝯtentio eſt que fortes ſunt in lingua infirme in manibꝰ ſicut dt Chriſoſtomus. Ita qui multa docet ꝛ pauca operatur pugnã exercet mulieꝝ. cõtra quos dicitur in eccleſiaſti. 4. 18. Ne ſis citus in ligua tua inutilis vero ꝛ remiſſus in operibus tuis. Cõtra q̄ duo dt dñs q̄ſi pugnator ĩ pugna paſſiõis locutus eſt pauca ꝛ multa ꝛ grauia. tollerauit.

*Preparatio ad tẽtatione q̄lis ſit.*

*Pugna mulieꝝ lingua.*

¶ Secunda ſtulticia eſt eorum qui ſumũt arma nimis ponderoſa. Cap. 47.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

SEcunda ſtulticia eſt eorum qui ſumunt arma nimis ponderoſa ꝛ q̄ñ ꝙ eorum ponderoſitate deiciūtur. Sicut anime nouicie que ī principio anteꝙ paulatim ſe aſſueuerint ieiuniorum ꝛ vigiliarum ponderibus plus debito ſe grauāt intantū vt poſt amiſſionē viriuȝ eis oneroſa imo odioſa penitētia reddatur qđ ſignificatum eſt in dauid qui arma ſaulis ꝓiecit q꞉ erant nimis ponderoſa nec ſic armatus poterat incedere vt ħ꞉.i.regū.xvi.

Indiſcretio picu loſa.

¶ Tertia ſtulticia eſt eorū qui in ipſo conflictu arma ſua proiiciunt. Cap.48.

TErtia ſtulticia eſt eoruȝ qui in ipſo cōflictu arma ſua proiiciunt quando ea fortius tenere deberent ſicut illa cōtra quos cum inſurgit alteri⁹ elatio ſtatim humilitateȝ proiiciūt. Cū inſurgit aduerſitas ſtatim patentiam abiciūt. Cum inſurgit carnis tēptatio. ſtatim vigorem mentis amittūt. Hoc eſt arma in bello proiicere. Unde dictum eſt in Boetio.i.de conſo. Talia tibi contuleram⁹ arma que niſi prior abieciſſes inuicta te firmitate tuerentur. Arma vero appellantur exempla ſanctoruȝ. de eccleſia enim dicitur in canticis.iiij. ꝙ mille clipei pendent ex illa. Omnis armatura fortium. Quis vero campus locus eſt belli ꝛ conflictus vbi aliquando ſagitte afflictionum emittuntur penetrantes vſqꝫ ad viuuȝ. Ubi etiam multos ictus correctionum ꝛ preceptorum habes o clauſtra

Exēpla ſātorū arma ſūt deuotorum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lis ſuſtinere tibi in ingreſſu capituli hec armatura fortium.i.ſanctorũ exempla exponũtur. Dum lectio martirologij legiť tibi ĩqua multorũ ſanctorũ tormenta recitanť vt his armis cor tuum in loco tam neceſſario munias ſãctorum exẽplis.per meditationẽ ⁊ affectũ ipſum cor ſtudioſiſſime reformãdo. Dũ enĩ ibi audis quoſdã beſtiaꝝ dentib⁹ dilaceratos alios igne crematos quoſdã in eculeo extẽſos ſub diuerſis ĩperatorib⁹ ⁊ multa hmõi minima videbũtur tibi quecũqȝ precepta accuſationes ſeu correctiões capituli q̃ tibi forte alias grauia viderenť. Ideo dicit Gregorius. Facta precedentiũ recolam⁹ grauia nõ erũt q̃ tolleram⁹. Noli ergo chariſſima tam vtilem lectionem aure ſurda preterire. vnde tam neceſſaria arma proferuntur ne habeas in cõflictu capituli tui cor inerme.

¶ Quarta ſtulticia eſt eorũ q̃ nolũt reſiſtere hoſtibus vbi facile poſſent. Cap. 49.

Quarta ſtulticia eſt eorum qui nolũt reſiſtere hoſtibus vbi facilius reſiſtere poſſũt. Semper eniȝ ad portas caſtri reſiſtendũ eſt aut alibi in loco alto ⁊ſtricto. Ubi pauci pñt ſe defendere contra multos. Stulte pugnat qui inimicos ſuos anguſta loca terre ſue pertrãſire pmittit ⁊ tũc p̃io ſe vult defẽdere qñ totuȝ caſtrũ vľ totã terrã hoſtis exercit⁹ occupauit. Simili modo ad portas ſenſuũ hoſtib⁹ ſpiritalibus eſt reſiſtendum vt viſum auditum guſtũ tactum odoratum diligenter cuſtodias. Secũ

Loc⁹ reſiſtẽde tẽptatiõis occupatio multa.

dū ꝙ in ꝑcedēti tractatu de ꝑparatiōe cordis in capitulo de cuſtodia ſenſuū explanauimus. In alto eivite eminētis cor tuū ponas qđ mul tis occupationib⁹ arctū ſeu ſtrictū facias. Ut hoſti tuo via nō pateat ⁊ ibi te defende ibi reſi ſte. Aduerte ocioſitatatē planiciē eē terre. vñ ī ociū ſine difficultate ⁊ q̄ſi ad planū irruit dia bol⁹. Quātū de ocio tollis tm̄ diabolo apđ te tollis de loco ⁊ eidē aditū ſtrictū facis ⁊ ſic fa cili⁹ eidē reſiſtere potes. In cui⁹ rei ſignū legi tur ī libro. Judith. 4. 10. ꝙ elyachym ꝑcepit ob ſtrui aditū mōtiū ꝑ quē poterat eē via ī hieru ſalē. q̄d ē viā ī ihrl'z obſtruere niſi ſeipſū hone ſtis occupatiōibus arctare vt via diabolo ad cor obſtruat ⁊ hoc eſt ꝑceptū eliachī. i. chriſti. Attēde ꝙ apđ occioſū īuenit locum diabol⁹ q: res ꝑfecte occupata nō ē capax alteri⁹. Vñ dt Hieronym⁹. Semꝑ opis aliq̄d facito vt te dia bol⁹ īueniat occupatū. Attēde ꝙ ī īſultib⁹ āte caſtrū ille q̄ ſe nō mouet ꝯſueuit freq̄nti⁹ ſagit tari. Illi xo q̄ ſe volūt a ſagittis cauere cū q̄dā agilitate ſaliūt. modo ad dexterā modo ad ſini ſtrā īpigēdo ne eos ſagitta ad certū locū emiſ ſa ī certo loco īueniat. Eodē mō occioſi ⁊ vacā tes ſagittas diaboli īpugnātes hñt quas agil les ⁊ ſtrēnui ex ſua agilitate declinant Hierony.

¶ Quinta ſtulticia eſt illorū q̄ nolunt ho ſtem interficere. Cap. 50.

Quinta ſtultia eſt illorū qui nolunt ho ſtem īterficere dū paruul⁹ eſt ſz dimit tunt illum creſcere ⁊ informari. Sic qui a pricipio tēptationi nō reſiſtūt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Caput ſer pēt; hō cō= terit cū pri mū tēpta= tiōis notuꝫ ſuppmit.

ſed poſtq̄ vires per longam delectationem vl conſenſum accepit tunc primo pugna revolūt. Tales volunt hoſtem interficere quando ſunt iam interfecti. Interfice ergo hoſtem tuum dū paruulus eſt principiis tēptationum reſiſtendo ꝛ nō permitte q̄ talis grandeſcat in oꝛe tuo per moroſam delectionem ꝛ conſenſuꝫ. Quia ſicut dicit poeta ſero medicina paratur. Cum mala per longas cōualuere moras hoc eſt qḋ per pſalmiſtaꝫ dicitur beatus qui tenebit ꝛ allidet paruulos ſuos ad petram. p̄s.136. Per petram chriſtus intelligitur. per paruulos primi motus ad peccatum. Quid eſt ergo paruulos ad petram allidere niſi principia tēptationum exemplo ꝛ fide chriſti ſuperare. De hoc dicit Hieronymus. Lubricus eſt antiquus ſerpens et niſi capite teneatur totus ſtatim illabitur. Cuſtodite igitur ſollicite aīas veſtras.

¶ Sexta ſtulticia eſt eorum qui contra ſuos pugnant. et hoſtes ſuos non cognoſcentes eos amicos reputant. Cap. li.

Sexta ſtulticia eſt illoꝛuꝫ qui cōtra ſuos pugnant: et hoſtes ſuos non cognoſcentes eos amicos reputāt peiores inimici q̄s habes ſunt ſenſus proprii ꝛ propria voluntas. Contradictiōes que ſenſum proprium impugnant ꝛ perſecutiones que impugnant propriam voluntatem ſūt adiutoria ꝛ ſuccurſus a deo nobis comiſſa cōtra hoſtes noſtros peſſimos. Si ergo proprium ſenſum contra contradictiones ꝛ propriaꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vulūtatem contra ꝑsecutiones vis defēdere ꝓ inimicis contā amicos et adiutores tuos pugnas. Ecōtra fauores ⁊ applauſiones hoīuꝫ ſeculariū hoſtes noſtri ſūt qui nos decipiūt ſꝫ vbi vis iſipiēs nō cognoſcet ⁊ ſtult⁹ non ītelliget hec. ps. xci. xciij. Juxta quod dicit i prouer xiiij. Uade contra virum ſtultū et neſcietquaſi diceret ſtult⁹ non cognoſcet aduerſarium ſuū

Inimici domeſtici ei⁹.

¶ Septima ſtulticia ē eorum qui de prope volunt pugnare.
Capitulum. liij.

Septima ſtulticia eſt eorum qui de prope volunt pugnare cū hoſte qui ex propinqtate vires aſſumit et ex elongatione perdit vt eſt fornicatio et cetera vitia ad carnis voluptatem pertinentia. Unde dicit apoſtol⁹. i. Cor. vi. Fugite fornicationem. Ubi dicit gloſa cum alijs vitijs poteſt expectari conflictus. Fornicationem autem fugite ne ap proximetis. Quātumcumqꝫ enim fugit quis ab aduerſis tanto minus ſentit aduerſa vt ait auguſtinus et minus voluptatibus ſtimulatur qui non eſt in frequētia voluptatum. Si vis ergo voluptatem vincere. Fuge quia ferreas mentes libido domat. Que etiam i virginibus maiorem famē parit et dulcius eſtimant quod ignorant.

Fugienda eſt carnis temptatio; non expectanda.

¶ Octaua ſtulticia eſt eorum qui fugiendo volunt ſuperare cum inimici magis eos inſequantur.
Capitulum. liiij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Octaua ſtulticia eſt eorum qui hoſtez fugiēdo euadere et vitare volunt. Qui fugientes magis inſequitur et perſequitur. Tales hoſtes ſunt ad uerſitateshu ius mundi que peius faciunt fugientib⁹ et eas minis timentibus ꝙ illis qui eas peruipendunt et eas viriliter ſuſtinendo reſiſtunt. Ideo dicit ſeneca. quēadmodū pernitioſioꝛ eſt hoſtis fugiētibus ſic omen fortuitū incommodum. magis inſtat cedenti ⁊ aduerſo. Attende autem ꝙ iſtam duplicem artez pugnandi contra voluptates et delicias ſcilicet fugiendo et contra aduerſitates et moleſtias reſiſtendo. docet nos ſcriptnra libri ſecundi regum quinto vbi dauid contra philiſteos bellū legitur conmiſiſſe In pꝛimo enim bello aſcēdit directe eis obuiam ex aduerſo. In ſecundo autem latenter girauit poſt tergum in ſignuz ꝙ debeums nos moleſtijs obijcere et eas leto vultu et ſtrennuo tollerare. delicias autem et voluptates caute et pꝛudēter declinare. Obuiam ergo exaduerſo vadit philiſteis qui aduerſitates et moleſtias huius muudi foꝛtiter tolerat et lectanter. Poſt tergum vero girat qui nouiſſima gaudioꝛum et deliciarum mundanarum que luctus occupat attendens ea pꝛudenter deuitat. Noli ergo moleſtia fugere: ſed eis ad frontem occurre. ¶ Noli delicijs ad frōtem occurrere ſed fuge. Hec eſt duplex acies ſiue duplex ſcala belli quam contra te pꝛofert mundus moleſtie ſcilicet ⁊ delitie moleſtijs terret vt frangat: delicijs blanditur

Optim⁹ cōtra aduerſa pugnādi mod⁹ eſt aduerſa non ꝑtimeſcē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt decipiat. Occure ergo moleſtijs delitias fu
ge. Iſtā autem cautellam pugnandi in pugille
tuo chriſto reperies. Quaſi enim obuiam phi
liſteis aſcendit qñ ſuis crucifixoribus occurit
dicens. Jo. 18. Quē queritis. quaſi latenter gi
rauit poſt tergum qñ proſperitatē regni fugit
cum eū in regē eligere voluerunt. Jo. 6. Gira-
uit etiā poſt tergū qñ proſperitatē ciuitatis
hieruſalē proſpiciens ⁊ extrema conſiderans
ſuper eam fleuit dicens. Quia ſi cognouiſſes
et tu. luce. 19.

¶ Nona ſtultitia eſt eorū q̄ pugnāt ſimilib⁹ cū
econtrarium ſit pugnandum. Ca. liiij

Nona ſtulticia eſt eorū qui cū eſſet pu
gnandum contrarijs pugnant ſimili-
bus vt odio contra odium lis contra
litē ſtulticia cōtra ſtulticiā cū potius
amore cōtra odiū pugnandum eſſet
ſicut aqua pugnat contra ignem. ideo dicit in
prouer. 25. Si eſurierit inimic⁹ tuus ⁊ ciba illū
māſuetudine contra litem ſicut illud. Eccle. 8.
Ne litiges cū homine potēte ſapiētia contra
ſtulticiam. dicit enim ſalomon. prouer. 26. Ne
reſpondeas ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam.

Modus pugnādi eſt cōtrarijs vicere

¶ Decima ſtultitia eſt eoꝝ q̄ pugnant quando
quieſcendum eſſet. Ca. lv.

Decima ſtultitia eſt orum qui la-
borāt in impugnatione hoſtiū cum
honorabilius poſſent vincere quie
ſcendo quaſi ſans cop ferir. Sicut

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

illi qui iniurias patiuntur hominum ſine per-
cuſſione. Vincit enim qui patitur vnde in pro
uer. 12. Ne dicas reddam malum pro malo ſed
expecta dn̄z et liberabit te liberabit inq̄ a ma
gno periculo et labore maximo quod habes ſi
vindictam q̄ris. O q̄tū enim laborant qui om
nes iniurias ſuas vindicare volunt. O quan-
tā iniuriam domino facit qui ſuper nos altā
iuſticiam habens ſibi vindictam de noſtris ad
uerſariꝫ retinuit tanq̄ ſibi propriam michi
vindictam ait dominus et ego retribuam eis.
Deutro. xxij. Noli ergo dominum tuum ſua al
ta iuſticia ſpoliare iniurias tuas vindicando
cum tibi dicat apoſtolus. Ad roma. 12. Non
noſmetipſos defendentes chariſſimi. Attēde
ergo iſtas ſtulticias pugnantium in bello ſpi-
rituali ⁊ vt ſub breuitate recurrā arma tua ā-
teictum prepara cōtra primam ſtulticiam. pō
deroſa plus debito arma ne aſſumas: contra
ſecundam. In ipſo conflictu arma ne proicias
contra tertiam. Hoſtibus tuis in ſtricto et al
to loco reſiſtas contra quartam. Hoſtem tuū
dum paruulus eſt interfice contra quintam.
Contra inimicos tuos ⁊ non contra amicos
pugnes contra ſextam. Hoſtem qui de prope
vires ſibi aſſumit fugias contra ſeptimā. Ho-
ſtibꝰ qui fugiētes magis inſequuntur reſiſtas
contra octauā. Cōtrariꝫ contraria opponas
cōrta nonā. Ad expugnādū eos quos ſine ictu
potes expugnare ne labores cōtra decimā. Ec
ce cū quanta diſpoſitionē ſeu diſcretione opor
tet inire bellum iuxta verbum ſalomonis. Cū

Deo vindicta eſt reliquēda.

Epilogꝰ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qu anta ſollicitu die oportet cuſtodire cor tuū om ni ergo cuſtodia illud ſerua.

¶ Sequitur de cuſtodia lingue. Ca. 56.

S Ed quia ad cuſtodiam cordis maxime neceſſaria eſt cuſtodia lingue ſcd͡z illud ſalomonis in prouer. xxi. Qui cnſtodit os ſuū cuſtodit aīam ſuā. De cuſtodia lingue pauca dicere duxim⁹. Sicut enim qui vult cuſtodire caſtrū aliquod oportet ꝙ habeat diligentiam circa cuſtodiaꝫ porte. Unde in caſtris ſolent fieri turres ſupra portam ita ad cuſtodiam cordis oportet apponere diligentiā circa oris cuſtodiā. Et ſicut ad portas caſtroꝝ ponūtur portarij qui ingredientes admittunt et emittunt ita diſcretio circa portā oris tui ſemꝑ debet aſſidere et per eius iudicium et licentiam egredientes debēt exire et ingredientes introire. Ingredientes in os ſunt cibaria que comedis. ¶ Egredientes ab ore ſunt verba que dicis. auguſtinus eligis tibi cibos quos comedis et cur ſimiliter non eligis verba que dicis. Non recedat ergo ab ore tuo cuſtodia ſi vis ſeruare cor tuuꝫ et dic dn̄o tuo. pone dn̄e cnſtodiā ori meo. ps. 140. vere ori ponenda eſt cuſtodia qꝛ valde neceſſarium valde fructuoſū eſt vere neceſſarinm. Nā ꝗ ori ſuo diſcretionis verborū examinatricis cuſtodiam nō apponit. eſt valida ciuitas abſqꝫ muro et validū vas abſqꝫ operculo. validus equ⁹ ſine freno. valida nauis abſqꝫ gubernaculo. Q᷒ ſit ciuitas abſqꝫ muro patet per illud verbuꝫ ſalomonis prouer. 25. Sicut vrbs patēs

Diſcretio ianitor eſt.

Auguſti.

ps. 140.

Cuſtodia oris ſilentium.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et abſqȝ muroꝛum amb itu ita homo qui nō po
teſt in tempoꝛe cohibere ſpiritum ſuum. Ubi
dicit gloſa. Si murum ſilentij os non habet pa
tet inimici iaculis ciuitas mentis. Et cū ſe per
verba extra ſemetipſa proijcit apertam ſe ad-
uerſario oſtendit. quam tanto ille ſine laboꝛe
ſuperat quanto et ipſa mens que vincitur con
tra ſemetipſam per multiloquium pugnat. et
per hoc patet ꝙ ſilentium eſt munitio ciuitatis
anime ⁊ loquacitatꝭ deſtructio. Quod linguā
non cuſtodiens ſit ſicut vas ſine operculo. Di-
cit dominus ī libꝛo numeri decimonono. Uas
quod non habet operculum immundū erit vas
ſine operculo ſunt illi apud quos nullum ſecre
tum nil celare nil abſcondere vel retinere poſ-
ſunt. Quicquid audiunt vel quicquid vidēt in
plublicum referūt cum ſcriptum ſit proverbi.
xxv. Quod viderit oculi tui ne ꝓferas ī iurgio
cito ne foꝛte emēdare nō poſſis cū de honeſta
ueris amicū. Itē ī eccleſi. decimonono. Audi-
ſtis verbū aduerſꝰ ꝓximū tuū cū moriaꝛ in te
ſciēs ꝙ te nō diſrumpet ſunt enim nonnulli qui
dum vident vel audiunt defectus fratruȝ moꝛ
alijs deferunt quaſi dirumpere aut crepare de
berēt ſi calcarāt ꝙ hō liguā nō cuſtodiēs ſit ve
lut equꝰ ſine freno ⁊ vt nauis abſqȝ gubenacu-
lo pȝ ꝑ illud iacobi 3. Si equis ī oꝛe frena mit
timꝰ ad conſentiendum nobis et omne coꝛpus
illoꝛum circumferimꝰ. Et ecce naues cum ſint
magne a ventis validis minātur circūferunt
etiam a modico gubernaculo. Ita li gua modi
cum membrū eſt ⁊ magna exaltat idem ad ma

Uas ſine opculo immundum.

Periculū lingue.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gna premia vel tormenta. Ecce ꝙtis periculis expoſitus eſt qui linguā non cuſtodit ſicut equ⁹ ſine freno impigit ſe vbi nō vellet. et nauis ſine gubernaculo de facili mergitur ita homo non guberns linguā ſuam ad ruinamt et ſubmer=ſionem tendit. vere ad ruinam quia dicitur in prouerbio. xxvij. Os lubricum operatur ruinā vere ad ſubmerſionem eius quia dicitur in eccleſiaſtico Lingua imprudentis ſubmerſio ei⁹ eccleſiaſti v. Attende ꝙtum eſt vitium in equo cū capite demititur. Et tali equo fortiores habene cōſueuerūt adhiberi: Sic ori tuo curtas et fortes habenas facias ne ſuccūbas ne etiā offendas aliquē verbis tuis nec etiam ipſa of=fendaris in cōſcientia tua nec etiā ſeſpites qđ amplioris eſt perfectionis. Perfect⁹ enim eſt qui nō offendit in lingua vt dicit iacob⁹. 3. Sēper enim vt dicitur ī vulgari loquaris ſub freno id eſt caute timide temperate. Alioquin vana eſt religio tua ſicut dicit iaco. i. Attēde etiā linguam tuam inſtrumentum eſſe ſoli⁹ ratiōis quo ad vſum loquele. Nam vſus loquele in habentibus tātummodo rationem naturaliter inuenitur. vnde nullus ad huiuſmodi īſtrumentū rationis manū debet apponere niſi ſola ratio. Ratio aliquatenus moueri debet ad vſū loq=le niſi ad ſolius imperiū rationis vide rationē ꝙ fructuoſum eſt os ſuum ſiue linguā cuſtodire. Nullus tam pauper ſi liguam ſuam vellet excollere diligēter quinimo ī tempore modico ditaretur. Dicit enī ſalomō ꝓuer. xij. De fructu oris ſui vnuſquiſꝙ replebitꝰ bonis. O quot



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fructus colligent qui linguam excolūt fruct⁹ oris, oratio, gratiarum actio, peccati confeſſio, errantis correctio, ignorantis inſtructio, Ecce quinq; fructus qui poſſunt recte quinq; verba appellari que apoſtol⁹ tantūmodo ſcire cupiebat. i. ad chorin. iiij. Dicēs Malo quinq; verba loqui ſenſu meo q̄ decē millia linguis. Horum quinq; fructus collegit ille latro penitens qui iuxta ieſum pendēs in cruce ſocio ex altero latere pēdenti dicebat. luce. xxiij. Neq; tu times deū ecce correctio, qui in eadē damnatione es Ecce inſtructio, Nos quidā digna factis recepim⁹. ecce ſuiipſius accuſatio, Hic autē nichil mali fecit. Ecce boni ꝯmendatio, memēto mei domine dū veneris in regnum tuum. ecce oratio, Poteſt ergo cōcludere ex omnibus ſupradictis illud verbum ſalomonis in ꝓuer. xviij. Mors et vita in manibus lingue.

Fructus .5. [lin]guis

u. 18.

¶ De ſermone ſiue locutione et que in illis inqrēda ſūt. Capi. lvij.

¶ Quid loquendum.

Attēde circūſtantie loquēdi.

Viſo de cuſtodia lingue. ſecndo que
in ſermone inquirenda ſunt inqui-
ramus. Sunt autemquinq; q̄ inqui
renda ſunt in ſermone ſiue lquutio
ne. Primum eſt vt attendas quid
1. dicas. Secundū ē cui dicas. Tertiū vbi dicas.
2. Quartū qñ dicas. Quintū q̄liter dicas. Idem
3. modū loquēdi quid ſit dicēdū determinat apo
4. ſtol⁹ loquēs ad coloſēſes. iiij. Sermo veſter ſit
ſemper ſale cōditus magiſtra. ideſt ſit ſemper
5. gratus et vtilis, Per condimentū ſalis nota

diſcretio que vtilitatē penſat ſermonis. Si no uiſti condire pulmenta quare nō nouiſti condi re verba vel condere? Attende iſtud cōdimen- tum a tempore baptiſmi recepiſſe cum ſal fuit impoſitū ori tuo. Sed ſunt quedaꝫ lingue que ſal bene capere nō poſſunt ſicut dicitur in vul- gari ꝛ ideo de facili putreſcunt. ꝛ ex hoc quaſi quibuſdam vermibus verbis nociuis inhone ſtis ꝛ inutilibus eas ſcaturire ꝛ ebullire cōtin git. Qui etiam ad moduꝫ porci vitioſi tali ſup ſemine linguam habent ſuperſeminatam. Hāc autem triplicem differentiam verboruꝫ malo rum attendas ſcꝫ quid nociuum verbum quid inhoneſtum quid inutile ſit. Reſpondeo. Noci uum verbū eſt quod ſua perſuaſione corda au dientium ad errorem aut prauitatem ducit. In honeſtum eſt quod non cōuenit honeſtati illi⁹ de quo loquitur. Nā multos habere videmus incōuenīetia ſiue incongrua ſue honeſtati ſiue illius cum quo ꝛ de quo loquuuntur. Vn̄ vnuſ quiſqꝫ ſcd̄m qualitatē pſone cū qua loquit̄ inq̄ rat cōgruā materiā de qua loquat̄. Inutile eſt quod nec audientibus nec etiam loquētibus prodeſt. de quo dicit dn̄s ī euāgelio Math. xij. Quod de omni verbo ocioſo quod loquut fue rint homines reddēt rationem in die iudicij. q̄ ſit verbum ocioſum determinat. Gregorius di cens. Verbum ocioſum eſt quod caret ratione iuſte neceſſitatis aut intentione pie vtilitatis. Item idem. Qui ſcurrilitatem replicat etiam cachinnis ora diſſoluit ꝛ tali quid profert turpi tudinis hic non ocioſi ſermonis ſed criminoſi

Sal in ore baptiſati diſcretio loqndi.

Vermes in lingua.

Ligua porcor lepro- ſa.

Quid v̄bū nociuum.

Verbum ocioſum.

re⁹ tenebitur. Nota tamē q̄ verba recreatio-
nis non ſunt dicēda ocioſa ſed poti⁹ indifferē-
tia quia nō iuuant nec nocent anime niſi ea in
tentione dicantur vt mediāte corpore proſint
anime. At quando fit ad tollendam accidiam
⁊ ad triſticiā ſcilicet repellendam. Tunc enim
verba conſolationis huius nō idifferētia ſed
potius vtilia et meritoria debent merito cēſe
ri. Quod ſi queras cur dominus non dicit de

q̄ſtio cur d̄ oi opere nō redditu ri ſum⁹ rationem.

opere ocioſo ſicut dicit de verbo. Reſpondeo
q̄ verbum de ratione oritur vt ſupra dictuꝫ eſt
et non omne opus. Et ideo iuſtuꝫ eſt vt de om
ni illo quod de ratione ortum habet rationem
reddamus et non de illo quod non habet ortū
a ratione. Item omne verbum poſſumus com
primere ſed nō omne opus. ideo iuſtum eſt vt
potius reddamus rationem de verbo quod eſt
ī poteſtate noſtra comprimere et deprimere q̄
de oīni opere. Collige ergo ex predict̄. Quid
ſit verbum nociuum: quid in honeſtuꝫ: quid in
tile ⁊ attēdes circa primum verbum gregorij.
Qui ocioſa v̄ba nō reprimit: cito ad noxia di
labitur. Ampli⁹ tū caue ab īhoneſto q̄ꝛ iuxta
verbū chriſoſtomi ſicut ex ſordib⁹ et luto ꝯtra
hit īmūditia ſi ꝓijciant ī aures carnis ſic ver
ba ſcurrilia ⁊ inhoneſta ſi audiant īmūdiciam
generāt. Si ꝑuenerit ad auditū cordis: ⁊ ſi im
mūdiciā generāt ī audiente tāquā ī eo qui gi-
gnit multomagis in ꝓferēte eſt īmūdicia tāq̄
in eo qui generat. Precipue autē caueas a no
ciuo et ſit ſit ſermo tuus in gratia ſale diſcre-
tionis conditus et ita habes primum quod

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſupra/ preposuimus ſcilicet/ quid ſit dicendum.

## ¶ Cui loquendum. Cap.58.

Secundo attendẽdum eſt cui dicas. ideſt cum quo loqui debeas. Conſidera ergo qualitateꝫ perſone cuꝫ qua habere debes colloquium. Si ſtultus eſt dicitur in Eccleſiaſti.22. Cum ſtulto non multuꝫ loquaris. Quare autem nõ eſt multũ loquẽdũ cũ ſtulto determinat alibi ſalo. Prouerb.29. dicẽs. Uir ſapiẽs ſi cũ ſtulto cõtenderit eum ſcꝫ arguendo, vel ad bonum ſcilicet exhortando, ſiue iraſcatur, ſiue rideat nõ inueniet requiem. Uis ergo redeſcere cũ ſapiẽte ⁊ amico habeto colloquiũ. Ut aũt ĩ regimine lingue tue inſtruaris qñ cũ aliquo loq̃ris conſidera p̃mo ſi ꝑ te aut pro illo loquaris. Si propter vtilitatẽ tuã loq̃ris vide vtꝝ ille/ cũ quo loq̃ris ſit talis de cuiꝰ colloq̃o vtilitas tibi valeat ꝓuenire. Si aũt nõ ꝓpter te ſed ꝓpter illum loqueris. Duo ꝓuidẽda ſũt tibi: ne ille ſcꝫ cum quo loqueris ſit talis qui vel exhortatiõe tua nõ indigeat: vl' ita ſit obſtinatꝰ in malo ⁊ amore huius ſeculi ſit imbutus vt correctionem tuam nõ admittat alioquin ⁊ ſapientẽ velle docere preſũptio eſt: ⁊ obſtinatum velle corrigere ſtulticia. Stultũ eſt ergo monialibꝰ maxime cũ talibus habere colloquia moroſa a quibꝰ ip̃e vtilitatem doctrine ⁊ exempli formam no reportent nec etiam illi cum quibus ipſi loquuntur. inſtructionem enim eo ꝙ aſtuti ſunt corretionem eo ꝙ obſtinati ſunt minime recipiunt.

Nõ loquẽdũ cũ ſtulto

Notãda d̃ colloquiis ſententia.

¶ Ubi loquendum. Ca. lix.

TErtium quod in locutionis conſideratione eſt attendenduum. Ubi loq̄ndum eſt noſti enim quedam loca colloquio, quedam vero ſilentio deputāda eſſe.

¶ Quando loquendum. Ca. 60.

Parabola

QUartum vero quando loquendum conſiderare oportet dicitur enim in Eccleſiaſti. 20. Ex ore fatui reprobabitur quia non dixit eam in tempore ſuo. Eſt enim vt ibidem dicit Eccle. 3. tempus loquendi tempus tacēdi. Tēpus tacendi reputa ſi aliquis loqui inceperit. Unde dicit Job. qui me audiebant expectabāt ſententiam meam. Tempus etiam tacendi reputa quando in conſortio ſeniorum ꝛ maiorū tuorum conuerſaris. ꝙ in medio magnatuꝫ loqui nō p̄ſumas docet eccleſiaſticus. Itē tēp̄s tacēdi reputa cuꝫ te malicioſis ꝛ obſtinatorib⁹ obſeſſum videris. in auribus inſipientium ne loquaris: ne forte deſpiciant doctrinam eloquij tui dicit ſalomon Prouerb. 23. inſipientes appellans incorrigibiles ꝛ obſtinatos quibus deſipit quicquid dei eſt.

¶ Modus loquendi. Cap. 61.

QUintum eſt ꝙ in locutione debet attendi modus loquēdi. qualiter ſcilicet loquendum eſt. Et iſte mod⁹ loquendi conſiſtit in tribus. vt ſcilicet attendas quo ſono, quo geſtu, qua ſignificatiōe aliq̄d dicas. Sit geſtus tuus cum loqueris modeſtus, ꝛ humilis. ſonus mit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tis ꝛ ſuauis. Significatio verax. Sic geſtus tu⁹ in loquendo modeſtus. non brachia proijcias non digitos extendas. Ut enim digitū deſinas oſtēdere monet Iſayas ꝛ ſalomon in Prouer. 6. reprehendit illum qui qui digito loquitur. Sit ſonus tuus in loquendo ſuauis nō clamoſus vel tumultuoſ⁹. ſed ſicut dicit ſeneca. Uox tua ſit ſine clamore ꝛ inceſſus tuus ſine tumultu Sit verbi tui ſignificatio verax non ſophiſtica. quia qui ſophiſtice loquitur odibilis erit. Dicit eccleſiaſti. 27. Jmmo ante omnem actū tuum verbum verum ꝛ verax precedat te dicit idem eccleſiaſticus. Sophiſtice loquuntur ſorores que per tertiam perſonam loquuntur et tales odibiles ſunt quia fraudem faciunt conſtitutionum. Ecce habes hic diſertum quid loqui debeas, cui, vbi, quando, et quomodo loqndum eſt.

¶ De fraterna correctiōe. Cap. 62.

Q Uia autez circa correctionem proximi maior cautela adhibenda eſt ne nimis rigida ſit vel remiſſa duo inueſtigare neceſſarium reputaui. Primo qui ſint qui teneant ad correctionē alterius ꝛ quando ꝛ in quo caſu ſit ꝛ in quo non. ſecundum quas debet eſſe correctio. Attēde autem ꝙ corripere fratrem vł ſororem preceptum eſt. ꝛ ad hoc tenentur tam prelati ꝙ ſubditi. ſed loco ꝛ tempore quando ſcilicz vacat ꝛ licet ꝛ credit ꝙ ſua correctio valeat et vtilis ſit ei qui corripitur. Uerumptamen notādi ſūt quinqꝫ caſus in quibus non obligatur quis ad alium corripiēdū.

Excuſāt a correctiōe

Primus casus est qñ nō est ſpes correctionis vt in obſtinatis et inſenſatis qui potius correctione efficerentur deteriores et ad vituperia inferenda contra correctionem ſe potius ꝑuerterent ꝙ̄ humiliarētur et tunc ceſſare potes a correctiōe. qꝛ ſicut dicit Hieronymus fruſtra niti ꝛ nichil aliud ꝙ̄ odiū querere extreme dementie eſt. Et in ꝓuerbijs. 39. Noli arguere deriſorem ne forte oderit te. Secundus caſus eſt cum timetur defectus ꝓbationis ꝛ agitur criminaliter vbi ſcꝫ obligatur accuſator ad talionem. i. ad cōſimilē penam ſi in probatione defecerit. Tertius caſus eſt quando culpa illius quem corrigere debes nota eſt ꝑlato ſuo tanq̄ iudici: vel quando factum notorium eſt: vł qñ ille confeſſus eſt in iudicio vel ꝯuictus. Quartus caſus eſt cum operi meliori vacas vł equipollenti. Tunc ad correctionem non teneris. Quintus eſt quando multitudo vel poteſtas eſt in culpa vbi correctio plus nocet ꝙ̄ ꝓdeſt. Notandum autē ꝙ prelatus corripere debet tam corrigibilem ꝙ̄ incorrigibilē ſiue melior ſiue deterior effici debeat ex correctione. Priuata aūt ꝑſona ſimplex ſcꝫ frater ſolūmodo tenetur illū corripere de quo ſperat correctionē ꝛ hoc eſt de publica ꝛ manifeſta correctiōe q̄ ꝑtinet ad prelatū. Nā ſi prelato conſtet ꝙ correctio ſua nō valeat nichilominꝰ debet corripere. ſi culpa ſit manifeſta et ꝓpter hoc correctionē alioꝝ. In priuato aūt nō tenetur prelatus ſubditū corripere ſi ſcit illū incorrigibilē ꝛ īdiſcretū eo ꝙ ibi nullus fructus eſt nec ipſe qui corri

ꝺ eſpatio ꝺ profectu.

Defectꝰ ꝓbationis.

Publica culpa.

Melioris operatio.

Nocēs correctio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pitur emendatur. Nec alij qui non vidēt quod fit in occulto. Immo tunc debet ſapienter diſſimulare ſicut dñs ieſus chriſtus nō corripuit iudam quem ſciebat proditorē eo ꝙ hoc fuit occultum de hac publica correctione ⁊ de ei⁹ fructu. Dicit yſidorus. Manifeſta peccata nō ſūt occulta purgatione purganda. ſed palam arguendi ſunt qui palam delinquunt. vt dū aperta obiurgatione ſanātur ⁊ vt illi q̄ eos imitādo delinquunt corrigantur. Neceſſe eſt enim vt ꝑ ſaluatione multorum vnus condēnetur qꝛ per vnius licentiā multi periclitantur.

yſidorus.

¶ Que ſunt attendenda in corectione alterius. Cap. 63.

Sunt autē i correctiōe alterius quattuor attendenda: ſclicꝫ diſcretio. lenitas ſeu manſuetudo. charitas ⁊ vtilitas. Unde etiam quattuor modis cōtingit male corripere. Primo per indiſcretionem vt ſi quis publice manifeſtaret crimen alterius ſine premonitione vel quod probare nō poſſet vel quod poſſet in eū replicari iuxta qđ dicit apoſtolus ad Roma. 3. in talibus qui predicas non fraudendum vel furanduꝫ furaris. indiſcrete enim corripit qui ad corripiendum equaliter ſe habet ad omnes. Nā in correctione attendendus eſt ſtatus perſonarum qui corripiuntur. quia ſicut dicit Hieronymus non ſanat oculum qui ſanat calcaneum. Unde cuꝫ ſene ⁊ veterano parti⁹ agēdū eſt vt dt Seneca ⁊ apls. 2. Thimo. 2. Seniorē ne increpaueris ſꝫ

Correctio nō oib⁹ eq̄liter facienda.

obſecra vt p̄miū. In correctione nam ſeruanda eſt modeſtia. Mediū enim tenendū eſt inter remiſſionē et īdiſcretionē dicit eni apoſtolus ad thimotheū. Seruū dn̄i nō oportet litigare ſed menſuetū eſſe ad omnes. Qui tn̄ nō p̄ntper benignitatē corrigi p̄ terrorē corrigēdi ſūt. vn̄ dicit auguſti. Sicut meliores ſūt quos amor corrigit. Ita peiores ſūt quos corrigit timor. Sc'do contingit male corrigere vel corripere per nimiā aſperitatem. Qui enim cum dominio ob iurgatione alios corripere volunt ſimiles ſunt illis qui reficiunt patellas veteres qui foramē vnū volentes obſtruere vno ictu mallei multa foramina faciūt vel patellā omnino cōfringūt Quid enim aliud eſt correctio niſi vaſis fracti repertio. Nam vt dicit. Eccleſiaſtic⁹. xxi. Cor impij quaſi vas confractū. Si ergo reparatur patellam ictū mallei temperas cur ad reficiendum cor confractū non temperas correcionē. Ideo dicit ſeneca. Vicia aī ſicut vulnera carnis leniter tractanda ſunt. ⁊ ambroſius. Plus p̄ficit amica correctio q̄ turbulentia. Sūt etiā qui p̄ parua trāſgreſſione correctionē faciētes grauem irā oſtendūt quaſi aliquid graue commiſſū ſit. Tales contra muſcas vel pulices cū gladio pugnare volunt vn̄ iuxta exceſſ⁹ quātitatem debet fieri correctio et motus cū ad bonam indignationē magis aut minus cōmoueri ita tamen q̄ correctio irā ſibi ſubiciat ⁊ non ab ira ſubijciatur ſecundū q̄ de beato malachia dicit beatus bernardus q̄ ira ei⁹ erat ī manu eius. inuocata veniebat nutu ferebatur nō īpe

Aſperitas nimia vitāda.

Correctio de leniorib⁹ lenis ſit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte.

tu qua vtebatur nō vtebatur. Ideo moyſes de vindicta domini ſuper egyptios loquens ait in cantico exodi.xv. Miſiſti iram tuam que deuorauit eos ſicut ſtipulam. Sed iracundi non mittūt iram imo mittunť ab ira qui impetum ire ſue ſequuntur ⁊ ad omne quod vidēt vel audiunt ſi eis non placent iraſcuntur ⁊ turbātur Mitte ergo o prelate exemplo domini irā tuā dum exceſſus corripis aliorum ⁊ non ex impetu vindictam aliorum exequeris ſed ex deliberatione ⁊ iudicio iuſto cōtra quod ſtulto dicitur iob.xli. Cum aprehenderit gladius ſubſiſtere non poterit. per gladiū ira intelligiť que ſtultum aprehendere dicitur dum ab ipſa ira ſuperatur. O q̄ melius eſt aprehendere gladium q̄ a gladio aprehendi. Sic multo melius eſt irā tenere q̄ ab ira ſuperari. Ad idē etiam facit quod de chriſto iudice dicitur in libro ſapiē.quīto. Acuit irā durā in lanceam. Ille acuit irā qui cohibet iram et animo dominatur ⁊ cum diſcretione et deliberatione vindictaꝫ cōtra peccantem exequitur. Ille autem acuitur ab ira quem ira ſuperat qui nō nutu ſed impetu fertur. Tertium quod attendendum eſt in correctiōe eſt charitas. Iuxta verbū apocali. tertio. Ego quos amo arguo. Sed ſūt quidā prelati q̄ illos precipue volūt corripere quos vidētur non amare quorum correctio ab hijs qb⁹ adhibeť nō reputatur correctio, ſed hoſtilis ꝑſecutio. Quod ex amore ꝓcedere debeat correctio notatur per illud yſaye.ii. Egredietur virga de radice ieſſe. Quid per virgā niſi

Ira mitti nō mittere debet.

Correctio amicoꝝ debet fieri

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

correctio. quid per ieſſe quod interpretatur in cendiũ niſi amor ꝛ deſignat. Quid ergo eſt virgam de radice ieſſe exire niſi correctionẽ de radice charitatis ꝓcedere. Nam qui ex malicia accuſat alium vel qui principaliter ꝛ ex deliberatione intẽdit confuſionem fratri vł ſorori inferre ꝛ non correctionem, peccat mortaliter etiam ſi verũ ſit de quo accuſat. Quartũ quod in correctione attendendũ eſt ꝛ eſt vtilitas. Inutiliter corripit qui ſcienter incorrigibilẽ corripit. Ubi nõ eſt vtilitas illi⁹ q̃ corripit nec etiã aliorum. Item qñ quis vult corripere per poteſtatem vł dominiũ ibi plus nocet q̃ ꝓſit correctio Nam vt dicit Auguſtinus mali qñq̃ ſunt tollerandi ꝛ deſiſtendũ eſt a correctiõe eorũ pro pace eccleſie. Attende ergo in correctiõe a te facienda diſcretionẽ, lenitatẽ: charitatẽ: ꝛ vtilitatem, ꝛ tũc exeas ad corripiendũ prout in precedẽtibus tibi eſt determinatum. ¶ Quomodo autem debet recipi correctio determinauimus in primo libro in illo capitulo vbi ponuntur ſi ſigna per que cor oſtẽditur eſſe coctũ tanq̃ cib⁹ domino preparatus. Et hec dicta de cuſtodia cordis ꝛ lingue ſufficiant.

¶ Finis ſecundi tractatus.

¶ Sequitur tertius tractatus. De cordis apertiõe. Cap. 64.

Expedito tractatu de cuſtodia cordis et oris ad tractandum de eiuſdem apertione noſtre cõſideratio nis oculũ ↄuertam⁹. Scðm autem duplicẽ faciem de cordis aptione

tractare intendimus. Eſt enim coꝛ tanꝙ liber. qui aperiendus eſt ad legendum. Et eſt tanꝙ domus cuius hoſtium aperiri debet ad pulſā-tem intromitendum. Primo ergo videamus quomodo coꝛ tanquam liber aperiendum ſit ꝛ circa partem iſtam duo conſiderare opoꝛtet. Primo que ſint lectiones legende in libꝛo coꝛdis ſeu conſcientie. Secundo que et quot ſint impedimenta apertionis coꝛdis vel conſcien-tie que diſtrahunt retrahunt ne legatur in coꝛde. Attende conſcientiam tuam libꝛum eſſe in quo legere debes in pꝛeſenti vita. in quo ī die iudicij manifeſte legent omnes qui ibi erunt Liber quoꝗ ꝑ cuius ſcripturam iudicaberis dicitur enim in daniele. ſeptimo. Judicium ſe-dit et libꝛi aperti ſunt libꝛi ſcilicet conſcientia-rum qui aperti erunt quia omnibus erunt ma-nifeſte que modo ita occulte ſūt ꝛ abſcōdite et ꝓfunde. De illis qui ī libꝛis iſtis repeꝛiuntur homines iudicabunt vel ad vitā vel ad moꝛtē eternā. Teſtimonia aūt conſcientiarū ſcriptu-re hui⁹ libꝛi ſūt. Vide ergo qualē ſcripturā de-fers ad iudiciū in libꝛo cōſciētie tue. Quod ē dicere quale teſtimoniū fert cōſciētia tua vł vi-te vel moꝛtis. Cōſciētie eī iudicandoꝝ ſūt libꝛi de qb⁹ ſcriptū ē in apo. ꝫv.x.xx. Judicati ſunt moꝛtui ex hijs q̄ in lib. erāt ſcripta. Ve ergo il-li q̄ quocūꝗ ſe vertat ī libꝛo ꝯſciētie ſue ſcrip-tam poꝛtat cauſā moꝛtis ꝛ dāpnationis ſue.

Libꝛi cōſci entie homi nū ꝛ teſtes. ſunt.

¶ Quid ſit legendum in conſcientia. Lectio pꝛima: lamentationes. Capitulum. lxij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

SI autem q̄ris quid ibi legendum ſit. d[ico] tibi ꝙ ibi legere debes lamētationem doloris et penitentie procedentez ex conſideratione peccatorum tuorum, periculorū miſeriam huius ſeculi et poſtea carmen gaudij et leticie ex cōſideratione gaudiorum celeſtium. et eterne dāpnationis ve reproborum. Hec ſunt tria que in libro ezechielis. 2. Scripta ſunt ſcilicet lamentationes, carmen ꝛ ve. Lege ergo in libro proprie conſcientie lamentationes propriorū defectuum vt doleas ꝛ dolendo deleas, miſerias huius mundi vt contempnas. Nam de mundo dicitur in naum. 3. Qui viderit te reſiliet. ideſt retro ſaliet a te. Ergo qui a mundo non reſiliunt ſed ad mundum ſaliunt ſignum eſt et argumentum ꝙ mundum non vident ſed ſunt ſicut excecatus: qui ad omnē malum paſſum ſe audaciter impingit.

Conſiderāda ſunt ꝛ peccata ꝛ mundi miſerie

echi. 2.

¶ Secunda lectio: et carmen. Ca. 56.

SEcūda lectio in libro cordis legēda eſt carmen ideſt gaudium beatorū ideſt beatitudinis eterne vt eam meditando frequenter ꝛ dulciter ſuſpirando appetas et acquiras. vt dolor lamētationis ex gaudio carminis temperetur.

Vitā eternā nō diligit q̄ continet a lacrimis pluſꝙ expedit

¶ Tertia lectio. eſt. ve. Ca. lvij.

TErtia lectio eſt ve dāpnatiōis reproborum vt timeas et fugias. Scriptū eſt enī de iuſto. p̄s. iij. Mare vidit ꝛ fugit. Quid per mare in hoc loco niſi penarū eternarū amaritudo deſignat. Qui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ergo mare videt mare fugit q2 qui amaritu di
nem eternam mēte conſiderat per timorez de
clinat reſilit et euadit Ecce triplicem lectionē
ſub breuitate deſcripſimus. circa quam verſa
ri debet totum ſtudium anime chriſtiãe lamē
tationū videlicet doloris. peccatorum. pericu
lorū. miſeriarū. Carmē ſpei celeſtiū gaudiorū
ve timoris imo timorē precedentem ex illius
conſideratione ve dampnationis reproborū
Ecce quomodo debemuns vnā maturam īter
duas virides ſcilicet carmē inter lamētatio-
nem et ve ponere: vt dolor lamētatiōis mala
deleat et abſtergat. Carmē ſpei bona cōfirmet
Timor ſupplicij bona conſeruet. Lege ergo ī
libro tuo. Noli eſſe de illis qui ī libro proprio
neglecto ſemper volunt legere in alieno. Et il
li qui ꝓpriam negligentes conſciētiā ſemper
alienas explorant et dijudicare volūt. quos re
prehēdi Yſidorus dicēs. De malo alterius os
tuum non inquines. ¶ Uitia tua non aliena at
tende. Quod ad te nō pertinet noli inquirere
q̄d inter ſe dicant homines nūquā ſcire deſide
res. De iſtis vero tribus. lamētatione, carmi-
ne, et ve poteſt recte exponi illud verbum cāti
ci deutro. 32. Gens abſq; cōſilio eſt et ſine pru
dentia. Utinam ſaperent et intelligerēt, ac no
uiſſima prouiderent. Utinā ſcilicet ſaperēt ſci
licet carmē iocūditatis eterne vbi ſapor eſt dul
ciſſimus qui a palatis cordiū purgatorum pre
guſtatur. Utinam intelligerēt lamentationē mū
di ſcilicet miſerias anguſtias et preſſuras. Et
bñ dicit ītelligerēt idest intus legerent. Nul

Riſus dolo re miſcebitur.

Tu q̄s eſt alienum iu dicas.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ti enim legunt mundũ extra et talibꝰ videtur mundus ſpecioſus delectabilis delitioſꝰ eo ꝙ quadam ymagine fardatus ⁊ dealbatꝰ eſt. Et vtinaꝫ nouiſſima ꝓuiderent ideſt multa tormēta que pertinent ad tertiam lectioneꝫ que. Ve appellatur. ⁊ loquitur iſthac auctoritate de corde quaſi de libro, vbi primo ſcilicet videt oculꝰ Deinde intelligit intellectus. Tertio ſaporat ⁊ delectatur affectio. Primum tangitur cum dicitur nouiſſima prouiderent. Secundum cū dicitur intelligerent. Tertium cum dicitur vtinam ſaperent.

¶ Sequitur de ſeptem ſignaculis quibus liber cōſcientie firmatus eſt. Siue de ſeptē impedimētis que īpediunt ne in libro cōſcientie legatur. Ca. 68.

Dicto de li. conſcientie ⁊ de hiis que in li. legenda ſunt. Reſtat dicere de īpedimentis q̄ nos retrahunt ab huiuſmodi lectione que ſunt ſeptem ⁊ pn̄t apellari ſeptē ſignacula ſiue firmacula quibꝰ liber conſcientie firmatus eſt de quo ſcriptum eſt in apocali. 5. dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere librum ſe ſoluere ſeptem ſignacula eius. Agnus pro nobis occiſus. eſt chriſtus qui ſolus poteſt aperire librum conſcientie quia ipſe qui claudit et nemo aperit. aperit et nemo claudit. Soluit ſeptem ſignacula libri quando ammouet ſeptem impedimenta impediuit ne in libro conſciētie legantur. Impedimenta autem ſunt hec. peccatorum defenſio,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

peccatoꝛum excuſatio. peccatoꝛum alterius ꝛ non ſuoꝛum conſideratio. peccatoꝛum celatio, boni pꝛopoſiti extinctio. peccantium multitudo. in mundanis occupatio. Ecce ſeptem hic enumerata ſūt que poſſunt appellari ſeptem ſignacula libꝛi ꝓpꝛie conſcientie que conſciētiā ita ſerrant ꝛ firmant. vt aperiri non poſſit niſi hijs impedimentis motis et hec ſunt ſigna ſeptem que reuelata ſunt ioāni in apocal. 5. Legitur enim ibi ꝙ cum aperuiſſet angelꝰ pꝛimum ſigillum audiuit vocem tāꝗ tonitrui magni ꝛ ecce equus albus et qui ſedebat ſuper eum habebat arcum. Ecce ī iſta reuelatione que ī pꝛimi ſigilli apertione facta ē et notatur pꝛimuꝫ impedimentum quod eſt peccati defētio. Sūt enim nonnulli qui cū de aliquo; defectu arguuntur ſtatim emittūt vocem quaſi tonitrui magni in murmure ꝛ clamoꝛe ſeipſos defendētes et coꝛdis ſui tempeſtatem indicantes et de talibus dicitur in eccleſi. xix. Sagitta īfixa femoꝛi canis ſic verbum in coꝛde ſtulti. Id ē ſicut canis quando habet ſagittā infixam ī femoꝛe clamat ꝛ diſcurrit ſic ſtultus ſi dicatur ei verbum quod enim nō placeat diſſimulare ꝛ tacere nō poteſt ſed ſtatim per clamoꝛes et querimonias ſeſe cuilibet manifeſtat. Et quod ſequitur ecce equus albus et qui ſedebat ſuper eū habebat arcū. Per arcum hic deſignatur lingua maledicta ligua doloſa ſēper parata ad emittendum ſagittas vulnerantium et penetrantium vſꝙ ad coꝛ ſicut dicitur ī pꝛouerbijs viceſimoſexto. Verba ſuſurrantis quaſi ſimplicia ſꝫ

pꝛimū pcti defenſio.

m.ij.

penetrant vſqꝫ ad interiora cordis. per equm album corpus caſtū ſignificatur. Tales enim frequentius loquntur amariꝰ qui de caſtitate corporis inaniter gloriantur ⁊ ſolam exteriorem carnis mundiciam ſibi ſufficere extimāt Secundū impedimētum quod ē peccati excuſatio deſignatur per hecque ſequntur. Cum aperuiſſet ſecundū ſigillū. Ecce equus rufus et qui ſedebat ſuper eū datum ē illi tollere pacem de terra et vt mutuo ſe īterficiāt. Tūc mutuo ſeſe īterficiunt peccatores qui per ſedentē ſuperꝫ rufū equum deſignatur. quando mutuo peccata ſua vnꝰ ſuper alterum retorquet ſicut adam peccatum ſuum retorſit ſuper euaꝫ. imo ſuper dominum cum reſpōdit. Mulier quam dediſti michi ſociam ⁊c. geneſis. 3. Eua autem retorſit peccatum ſuum ſuper ſerpentem. Ita qui culpas ſuas ſuper alios refundūt ſeſe mutuo interficiunt. ⁊ hoc ad peccati excuſationē pertinet quam a ſe amoueri poſtulat pſal. cxl. Non declinet cor meū ī verba malicie ad excuſandas excuſationes ī peccatis. Tertiū impedimentū quod eſt aliorum ⁊ non ſuorū peccatorū cōſideratio ſignificatꝛ p hoc qđ ſequitꝛ ⁊ cū aperuiſſet tertium ſigillum ecce equus niger et qui ſedebat ſuper eum habebat ſtaterā in manu ſua ꝑ equum nigrū corpus peccati p ſtaterā in manu tam peccatorū ꝙ̄ meritorum appēſio deſignatꝛ. Sed ſūt quidā ꝗ ſtaterā portāt in manu dū pctā alioꝝ ad pōdꝰ appēdūt magnū ⁊ pōderant ſua vero attenuāt ⁊ alleuiāt. Sua vero bona magna aliorum vero parua reputāt. de

Secūdum Peccati excuſatio.

Tertiū eſt aliorū peccatorū conſideratio.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alibꝰ vꝛ ī oſee. 12. Canaā ī manibꝰ eiꝰ ſtatera doloſa. Itē puer. 11. 16. 20. Statera doloſa ab hoīatio eſt apō deū. Staterā doloſaꝫ appellat iudiciū ꝑuerſū hoīs qui bona ſua cōmendat ꝛ extollit. bona vero ꝓximoꝝ attenuat ꝛ deprimit. Qui in culpa ꝓpria excuſatoꝛ. in culpa vero fratris ſui ſemꝑ accuſatoꝛ reperitur. Staterā quoqꝫ doloſā habebāt phariſei qui onera grauia humeris hominū īponebāt digito aūt ſuo mouere nolebant Math. 23. Lu. 12. contra quos dicit Chriſoſtomus. Uis apparere ſctūs erga vitā tuā eſto auſterus: erga vitā alioꝝum remiſſus vel benignus. audiāt te homines parua iubentē ꝛ videant te grauia facientē prelatus autem qui ſibi indulget ꝛ alios grauat. eſt velut malus deſcriptoꝛ tributi in ciuitate qui reuelat ꝛ onerat impotētes. Contingit eniꝫ qñ fiūt talia ī aliq̄ ciuitate ſuꝑ certa ſūma pecunie colligenda. illi qui illam ſummaꝫ aſſiſie faciunt. totaliter imponūt ſuper pauperes q̄ nichil inde ſoluunt. Ita multi abbates conſtitutiones ꝛ ſtatuta oꝛdinis ꝛ cetera onera clauſtri ſic ſuper clauſtrales ꝛ alios ſubditos diſtribuunt quod ſibi nullam vel modicam partem retinent. Tales ſimiles ſunt carcerum cuſtodibus ſcilicet incarceratoꝝum qui extra carcerem de bonis illoꝝum quos in carcere cuſtodiunt: late large ꝛ ſplendide viuunt incarceratꝭ vero ſtrictam ꝛ certā dietā aſſignant nec deſcēdunt ad carcerem niſi ad videndum ſi priſiōes ſui bene teneantur ne ſcilicet compedes laxentur aut vincula. Ita pleriqꝫ abbates īmo certe

Statera doloſa.
Chriſoſto.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fere omnes in cameris ſuis extra clauſtruȝ id eſt extra carcerem de bonis ipſorum clauſtralium delicate viuunt ipſos in clauſtrali carcere cū piſo ⁊ olere relinquētes. Vñ licet vocēt ſe omnes fratres non tamē omnes ſcutelle ſūt ſorores. Nec illi vnq̄ carcerem clauſtri intrāt niſi certis diebus ad intrandum capitulum ad proprietarios excōmunicandos ⁊ precepta cū auſteritate ⁊ imperio buccis rubentibus ⁊ pectore rubenti facienda. ⁊ hec eſt ſtatera doloſa imo certe doloroſa. Quartum impedimentum librum conſcientie claudens eſt vt ſupra diximus peccati per ypocriſim celatio. Nam mos ypocritarum eſt peccata in confeſſiōe celare ne vileſcant ⁊ ne minora de eis ſentiant ⁊ hoc ſignificatū eſt in apertiōe quarti ſigilli vbi legitur. Et cum aperuiſſet quartū ſigillū ecce equus pallidus ⁊ q̄ ſedebat ſuper eū nomen illi mors ⁊ infernus ſequebatur eum. Quid per equum pallidum niſi ypocrite deſignātur qui exterminant facies ſuas vt appareant hominibus ieiunātes. q̄ dicitur q̄ mors ſedebat equū pallidum nichil aliud dicere eſt niſi q̄ diabolus qui morteȝ in munduȝ induxit ſuper corda ypocritarum tanto ſecurius ſedet quāto ſecurius ꝓpter ſpeciē ſanctitatis quam pretēdunt minus impugnātur. Vere mors ſuper tales ſedet: q̄ȝ licet nomē habeant q̄ exterius viuūt. tamen interius mortui ſūt. Sicut dictū eſt cuidā in apocalipſi. Quintū impedimētū eſt bonorū in corde per ꝓpoſitū conceptorum ſuffocatio. Sunt enim multi qui bona multa concipiūt

Quartum ĩpedimētū eſt pctā in ꝯfeſſiōe celare.

Quītū ipedimētū eſt bonoꝝ ꝯce

proponūt ſed ↄcepta i corde ſtrangulāt: ⁊ extiñgūt. dū ſemꝑ peccatis irretiti ⁊ recedēti nichil horū ad effectū perducunt. Et hoc eſt quod in apertione quinti ſigilli deſignatur vbi ſcriptū eſt ꝙ cum aperuiſſet ſigillum quintum vidi ſub altare animas interfectorū ⁊ clamabant voce magna. Uindica ſanguinē noſtrū deus noſter. Quid per altare niſi cor deſignatur ſuꝑ quod omne ſacrificiū deo offerri debet. Quid per interfectos clamantes vindictam niſi bona ꝓpoſita in corde ſuffocata dum ad opus ſeu ad effectum non perducuntur que clamant ↄtra illos qui multa proponunt ⁊ promittunt ⁊ nichil ſoluunt ⁊ quaſi in ↄſpectu dei eos accuſāt. O quā tam gratiā illi facit deus cui donat propoſitū. Heu ꝙ tam culpam cōmittit qui illud propoſitum apud ſe interficit dum ad effectum operationis amore peccati impediēte nō perducit. Propter quod monet apoſtolꝰ. i. ad Teſſa. 5. dicēs. Spiritum nolite extinguere. Spiritum extinguit quiſ bonū propoſitum in ſe ſuffocat. Iſay. 34. Uenerunt filij vſq; ad partum ⁊ non erat virtus pariendi. Ideo dicit Mathei. 24. Ue parturientibus ⁊ nutrientibus in illis diebus ideſt in morte. Sextum impedimentū eſt peccātiū multitudo. Hoc eſt q̄ retrahit multotiens ⁊ impedit ne librū conſcientie aperiant ⁊ ne in ↄſcientia propria legant. Uident enim ex omni latere peccantis quoꝝ exemplo trahunt ꝓpter quod dicit dn̄s i lege Exo. xxiij. Non ſequeris turbā ad faciendū malū. Exēpla multitudinis nō te inducāt ad peccandum. Et hoc

ptoꝝ ſuffocatio.

Sextū īpedimētū eſt peccātium mltitudo.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt qđ in apertione ſexti ſigilli ſignificatur ⁊ legitur. Cũ aperuiſſet ſigillũ ſextũ ecce terre motus factus eſt magnꝰ ⁊ ſol factus eſt niger tanꝙ saccꝰ cilicinꝰ ⁊ luna tota facta eſt ſicut ſanguis ⁊ ſtelle ceciderũt de celo. qd ꝑ terre motuȝ magnũ niſi inumera peccãtiũ multitudo deſignatur. Quid ꝑ solẽ niſi maiores ꝑlativt epiſcopi ⁊ archiepi deſignanꝫ a qbus lux ſcientie ⁊ doctrine ⁊ calor charitatis receſſerunt. ⁊ hoc eſt quod dicit ſolem nigrum effectuȝ tanꝙ saccũ. Per lunaȝ autem minores prelati vt abbates archidiaconi: decani: preſbiteri: ⁊ hmõi. q̃ verſi ſunt in ſanguinem hoc eſt in peccatum. Per ſtellas ſubditi deſignantur qui in terra ceciderunt. i. ad terrenam cupiditatem ſunt penitus inclinati. Et hoc maxime erit in fine ſeculi quã do oẽs pene paucis exceptis a veritate auertenꝫ. Septimũ ĩpedimentũ ꝯſcientie eſt occupatio nimia in mũdanis. Tales enĩ circa conſciẽtiã vacare nõ poſſũt quos amor mũdi multiplici occupatiõe ligatos tenet. Tantum enĩ tumultũ mundana occupatio in corde hoĩs facit ꝙ nõ poteſt audiri qđ legitur in conſciẽtia. Et hoc eſt quod in apertione ſeptimi ſigilli demõſtratur vbi legitur. Cum aperuiſſet ſigilluȝ ſeptimũ factũ eſt ſilentiũ in celo quaſi hora dimidia. Quid per celũ niſi ꝯſciẽtia. quid ꝑ ſilentiũ niſi pax ipſius ꝯſciẽtie deſignatur. Sed qm̃ breue eſt in mũdanis iſtud ſilẽtiũ qđ per horaȝ dimidiã deſignaꝫ. Vix eniȝ hora vel dimidia fit in celo ſilentiũ ⁊ hoc maxime tempeſtuoſe ⁊ tumultuoſe huius ſeculi cure occupanꝫ dicit enĩ

Septimuȝ ĩpedimẽtũ eſt occupatio nimia ĩ mũdanis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

yſidorus. Lōge eſt a deo animus q̄ i cogitatio nibus ſeculi fuerit impeditus vel occupatus. Ecce illa ſeptē īpedimenta que a nobis cogni tionē ꝯſcientie tollūt iuxta moralē ītellectū in apocalipſi ꝯtentū. ⁊ vt ſub breuitate reticeam⁹ ſi vis in libro ꝯſciētie tue legē. peccata tua ne de fēdas ⁊ eadē ne excuſes. Alioꝝ exceſſ⁹ tuis pre termiſſis ne cōſideres. Peccata tua p ypocri ſim non celes. Propoſitū bonū in corde conce ptum non interimas peccantium multitudinē. non ſequaris. In mundo non occuperis ⁊ ſit in libro ꝯſcientie tue poteris legere ⁊ eiuſdē con ſcientie tue libꝛu; poteris emēdare. Quid eſt ꝙ librum vnum materialem vt puta miſſale vl' breuiarium vis emendare ⁊ libꝛu; conſcientie tue ſm cuius ſcripturā vt dictum eſt iudicabe ris ſi incorrectū dimittis. Ora ergo agnu; qui occiſus eſt vt librū tuū gratiā effundendo ape riat. ⁊ ſupradicta ſeptē ſignacula ſoluat. vt i l ibro cōſcientie tue legere ⁊ emēdare valeas. vt in die iudicij qn̄ liber aperietur caſū ſaluatio nis ⁊ venie tuo offeras iudicij ⁊ ſententiā diffi nitiuam pro te valeas reportare.

yſidorus.

Epilogus.

¶ Quomodo cor ſit aperiendum ad mo dum hoſtij. Cap. 69.

Dicto de cordis apertione ad ſimili tudinem libri. Reſtat dicere quo modo cor ſit aperiendum ad mo dum oſtij domus ad dignum ho ſpitem ſuſcipiendum. Et attende ꝙ apertura cordis amor eſt. Oſtiū cordis ape ris illi quem per amorem in cordis affectum

ſuſpicis. Cor illorum quibus ſcribebat macha
Quid cor aperire ſit nota.
beus aperiri deſiderabat cum dicebat. 2. Macha. 1. Adaperiat dominus cor veſtruz in lege ſua ⁊ cetera. Lex iſta lex imaculata amor eſt. Quid enim eſt in lege dñi cor aperire niſi per charitatem dei ⁊ proximi ingreſſũ ei prebere. Primo ergo conſiderandũ occurrit. quare et quomodo cor aperiendum eſt deo. Scđo quare ⁊ quomodo aperiendum eſt proximo. Et nota ꝙ aliquando dicitur cor aperire deo. aliqñ deus homini cor aperit. Homo aperit cor ſuuz deo ſeipſum ad bona properando quantuz in ſe eſt. Faciendo. ſ. elemoſynas: peccata confitẽdo. penitendo. ſatiſfaciendo. Deus autem cor hominis aperit gratiã ſuam infundendo. opꝰ enim iſtud quod eſt cor aperire dei eſt ⁊ hoĩs. dei vt inſpirantis ⁊ operantis. hominis. vt preparantis ⁊ cooperantis. Iſa. 26. Omnia eni opera noſtra operatꝰ eſt in nobis. Aperi ergo chariſſima cor tuũ chriſto dño tuo ad oſtium expectanti, pulſanti et dicenti. Canti. 5. aperi michi ſoror mea, amica mea, immaculata mea. Hec vox eſt dilecti pulſãtis vt legit in Cãti. ⁊ ĩ Apocali. 3. Ego ſto ad oſtium ⁊ pulſo ⁊c. Et nota ꝙ pulſatio q̃ ſolet fieri ad oſtia ꝯſueuit fieri manu vel aliq̃ qđ manu tenetur. Puta lapide, virga, vel baculo. Inſinuauit ſpõſa duplicẽ pulſationẽ ſponſi ad oſtiũ cordis vt ei aperiat. ſ. beneficiorum ⁊ flagellorum manu pulſat beneficiis, virga, vel baculo, flagellis. Et ſicut ſolet dici. Ille qui pulſat cũ magno ſtrepitu non venit vacua manu. eſt ſignũ ꝙ aliquid apportat et feſtiue ta-

Isai. 26. (manuscript)

Canti. 5. (manuscript)

Tribulatõ eſt virga pulſans.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lis ⁊ feſtinanter recipitur. ⁊ ei cum feſtinatione ⁊ gaudio recipitur. Quanta ergo feſtinatione ⁊ leticia o amica chariſſima debes apire ſponſo tuo chriſto pulſanti q̄ cū tanta donorū multitudine pulſat ad oſtiū cordis tui. Ueniūt enī oīa bona pariter cū illo. Sap. 7. Ipſe eſt enī pōtifex futuroꝝ bonoꝝ. vt ait aplus ad hebre. 6. ⁊ benedictionē ſuā taꝫ gratie ꝙ glie loco ad quē intrat negare nō poteſt ſecundū ꝙ legitur in Eccleſiaſtico. Bn̄dicet ad quē intrabit deꝰ. Habet enī vtrāqꝫ manū plenā bonis temporalibus ſiniſtram, dextram vero bonis ſpiritualibus ſicut dictū eſt in ꝓuer. 3. longitudo dieruꝫ in dextera eius. In ſiniſtra illius diuitie ⁊ gloria. Ue ergo illis q̄ donis ſiniſtre receptꝫ. dextre dona deferentē expellunt. ⁊ eiciunt impotatum. Quanta enim ruſticitas eſt donū recipere ⁊ donantē nō recipere ſed expellere. Tales ſunt de quibus ſcriptū eſt Deutero. 32. Incraſſatus eſt dilectus ⁊ recalcitrauit. Item dominus per Iheremi. 5. dixit. Saturaui eos ⁊ mechati ſūt. Ue etiam illis qui pre nimia cupiditate munerum excecati nec etiam querūt quis eis mittit. nec etiā referunt gratias largienti Iſti ſūt ſicut canis cui ſi aliqd porrigatur pre nimia auiditate manū porrigētis nō attēdēs mordet illam capiendo morcellum. Ue etiam illis quibus iſta munuſcula reꝝ tēporaliū ſufficiunt ⁊ maiora nō habituri diffidunt de illo ī cuius manu ſunt omnes fines terre. ps. 94. Quo aperiente manū ſuam omnia implebuntur bonitate. Attende ꝙ deteſtabile eſt obſur-

Contra impatientes.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deſcere ⁊ oſtiū nō aperire illi qui cōtinuit pulſat beneficijs ⁊ obſequijs oīm creaturarꝫ ſuarꝫ fere oſtiū cordis noſtri frangit ⁊ obſtruit ⁊ tñ ei negligim⁹ aperire. Pulſat etiā ad oſtiū cordis flagellis innumeris īmo etiā quādoqꝫ domum ipſā aſcendit ⁊ concutit ⁊ etiam ſubruit. Et tñ ſomno peccati depreſſi pigritātes nolumus aperire. Ad oſtiū enim cordis tui pulſat doloribus timoribus ⁊ alijs anguſtijs domum aſcēdit ⁊ eā ꝯcuti ⁊ quaſi croſlare facit egritudinibus ⁊ penis corporalibus ſubruit in morte. Nec etiā tūc aperire volūt impenitētiū corda. Iſta ſunt duo inſtrumenti bellici cornua q̄ aries appellatur idem largitio beneficiorum ⁊ pecuſſio afflictorꝫ quibus etiaꝫ munitiſſime ciuitates ſolent obrui. Sed contra hec murus pertinacie cordis pctōrū īmobilis perſeuerat. Dicat ergo ſpōſus ad amicā. aperi michi oſtiuꝫ cordis tui per aſſēſuꝫ liberi arbitrij cui⁹ libertas in apertione notat. quaſi diceret tu potes aperire ſi vis. ⁊ nota quod ſequitur. ſoror mea amica mea columba mea. īmaculata mea. Ecce quattuor nominibus eam appellat: ſororeꝫ amicam columbaꝫ. ⁊ īmaculatā. quaſi diceret aperi michi ſoror incarnatione propter nature humane communionē amica mea in paſſione. columba in ſpiritus ſancti miſſione īmaculata i glorificatiōe. Aperi michi cor tuū adorationem. os ad confeſſionē. ſpiritū ad amorem brachia ad amplex⁹. manus ad operationē bonam ⁊ elemoſinarꝫ largitionem. et merito debes ei omnia hoſtia tua aperire q2 ipe pri⁹ tibi

Cornua duo ariet[is]

Aptio oīm chriſto facienda.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

omnia oſtia ſua aperuit. Nōne eni lat⁹ ſuuz in cruce pro te ⁊ tibi ipſe aperui permiſit quando vnus militū lancea lat⁹ ei⁹ aperuit ⁊ continuo exiuit ſāguis ⁊ aqua. Jo.xix. Hoc autē fieri voluit vt aperto oſtio lateris pateat tibi acceſſ⁹ ad cor xpi qui cor tibi. in ipſius apertione lateris oppoſuit ⁊ expoſuit caritatis ineffabilis vehementiam oſtēdendo. quod ammirās iob. vij. Quid eſt homo q͛ magnificas eū aut quid opponis erga eum cor tuum. Et quid etiā fuit corporis ſui. ruptio vulnerum niſi quedā apertio oſtiorum vt tibi tāq̄ ad locū munitum a facie inimici fugias ⁊ tibi tanq̄ in abſcōdito faciē ſue te abſcondas ſicut dicit tibi per yſayam/ ij. Ingredere in petram abſcōdere in foſſa humo. Quid per petram niſi xp̄s ſignificatur: de quo dicit ap̄l'us. petra autem erat xp̄s. Ingreditur in petram qui confugit ad xp̄m tanquam ad ſolum ⁊ vnicum refugium. ipſe eſt petra refugium erinachijs. p̄s. ciij. Erinachius idē eſt q̄ ericius. Que prouidēte natura ſēper armatus incedit. Sic penitens ſemper armatus debet incedere armis ſcilicet penitentie. Cui⁹ eīet cilicium arma ſūt penitentium vt dicit. Hieronimus. petra ergo refugium erinacijs ideſt chriſtus refugium penitētibus. Foſſa vero huius caro xp̄i appellatur. foſſa ſcilicz foſſorio lācee et clauorum. Unde. p̄s. xxi. Foderāt man⁹ meas ⁊ pedes meos. In foſſa humo abſconditur qui per ignem memoriam beneficio paſſionis xp̄i meditatur. et hoc eſt q̄ dominus ait ad moyſē i exodi. xvij. xxxiij. Pone te i foramia

Margin: Iob 7. — ps. 103. — Ericius penitentem ſignat. — Hieronim⁹ — ps. 21.

ne petre et protegam te in dextera mea. Foramina petre appellantur vulnera xpi ad que cõfugiendum eſt vt dextera patris protegamur. Ecce quomõ omnis oſtia ſua chriſtꝰ tibi aperuit: Verecũdũ⁊ ſit tibi oſtiaꝛtus et nõ aperire clamãti ad oſtiũ. ⁊aperi michi ⁊c.

¶ De apertione cordis facienda proximo. Ca. lxx.

Dicto de apertione cordis xpo faciẽda reſtat dicere de eiuſdem apertione facienda proximo. Illi vero qui cordis: viſcera proximo per crudelitatem claudunt reprehenduntur a. Joanne dicente. I. Joannis. 3. Qui viderit fratrem ſuu⁊ neceſſe hr̃e: et clauſerit viſcera ſua ab eo: q̃mo do charitas dei manet in eo. Si ergo defectꝰ charitatis ad primum claudit viſcera: ⁊eadem ſi affuerit aperit. Introducendi ergo ſunt proximi per pietatem in hoſpitio cordis ſcdm ꝙ monet yſayas dicẽs. 58. Egenos vagoſq; iduc in domum tuam. Sed poteſt querere. ſi egeni et vagi in domũ cordis ſunt introducẽdi quid eſt quod ſcriptũ eſt alibi ĩ eccleſiaſtico. xi. Scilicet non omnẽ hominẽ inducas in domũ tuã. Quid eſt ꝙ yſayas omnes ĩtroducẽdos iubet cũ egenos vagoſq; nominat. eccleſiaſticus vo omnis ĩtroducẽdos prohibet cũ dicit omnem hominẽ iducas ĩ domũ tuã. Soluit hieronimꝰ omnis ĩtroducẽdi ſũt affectu charitatis et nõ omnis ĩmo pauci in ſecretũ priuate familiaritatis et ſecretorũ cõmunicationis. Quaſi eni

cor ꝯſtitutū habēt qui ad priuatas familiari tates omnis indifferenter recipiūt et ad ſecreta ſua cōmunicāt. Quinqꝫ i eligendo amicū i familiaritatē amicitie vtile eſt cognoſcere. Primum eſt diſcretio. Si tu vis amicū eligere diſcretum elige. Amicitie enim ſtultorū ſolēt eē nociue ſicut in prouerbijs dicitur. 13. Amic⁹ ſtultorū ſimilis eis efficitur quaſi dicat. Qui amicitiam ſtulti ſibi copula ſimilis ſtulto efficitur. Amicitie eniȝ ſtultorū parū durant et de facili diſſoluuntur. Eo ꝙ omnis ſtultus iſtabilis ſit et parua occaſione de amico inimicus efficitur. Eſt enim amic⁹ qui cōuertitur ad inimicitias dicit eccleſiaſti. 10. 12. 22. Et talis eſt amor eorū qui animi leuitate ꝛ temeratio et puerili affectu ducuntur ꝛ ideo talis amor de facili diſſoluitur: qꝛ nō habēt diſcretionis ꝛ ꝟtutis fūdamētum. Unde tullius. Nichil turpi⁹ ꝙ cū illo bellū gerere cū quo familiariter vixiſti. Item ambroſius. Cōſtās debet eſſe anim⁹ ꝛ perſeuerare in affectu. Nullo puerili modo amicos mutare vaga quadā ſentētia. Unde amor inordinatus plerumqꝫ i rixas et diſcordias terminatur quod eſt viliſſimū. Secūdū eſt bonitas. Mali enim neſciunt eſſe amici. Unde tullius i libro de amicitia. Hoc primū ſētio niſi iter bonos amicitiam eſſe non poſſe. Quomodo eniȝ poterit eſſe verus amicus qui veritateȝ nō diligit. auguſtinus. Nemo poteſt eſſe verus amicus niſi prius fuerit amicus. veritatis. Idē diligere hominē recte non nouit q̄ euȝ nō diligit qui hominē fecit. Hinc eſt ꝙ iter bonos forti⁹

In electione amici quiqꝫ atēdenda. Primum ſapientia

Tullius

ābroſi⁹.

Secūdum bonitas.

Auguſti. d̄s diligendus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſolet eſſe vinculum dilectionis et hoc amplior
em facit amicitiam quando in aliena ſunt pa-
tria. Solent enim ſe amare qui ſunt eiuſdem
patrie quando ſūt extra patriā ac ſi eſſent fra
tres. Ad idem facit, ꝙ mali habēt bonos odio
quia ſunt diuerſarum patriarum et quaſi con
trarium. Unde ſi boni inter ſeſe non amarēt ſi
ne amicis eſſent. ideo dicit dominus in euāge
lio iohannis. 15. Ego dedi eis ſermonem me-
um et mundus eos odio habuit: qꝛ de mundo
non ſunt. Item alibi ſi de mundo fuiſſetis mū-
dus quod ſuum eſſet diligeret. Tertium quod
attendendum eſt in eligendo amicum eſt vt il-

Tertium manſuetudo.

le non ſit iracundus. dicit enim ſalomon ī pro
uer. 22. Noli eſſe amicus homini iracūdo. Ho
mo enim iracundus eſt velud lignum ignitum
quod exurit tangentem ſe. et eſt velud lignū

Iracundꝰ qualis dicatur.

ſpinoſum quod pungit amplectentem ſe. Ide
o licet ſit amādus tamen eius familiaritas ti
menda eſt. Preterea amicitia eius non dura
ret. vinculū enī amoris igne ire exuretur ī eo
Manſuetorū autē amicitiā eligēda quia dul-
cis pacifica durabilis propꝰ hoc dicit eccleſia
ſticus. 3. Fili in māſuetudine opera tua ꝑfice
et ſuper gloriam hominū diligeris. Attende ꝙ
opera in manſuetudine nō tantū incipere qꝺ
multi faciunt. ſed etiā perficere iubet. qꝺ pau
corum eſt. et ſubdit fructum cū ſubiūgit et ſuꝑ
gloriam hominū diligeris ideſt plusꝙ mūda
na gloria que ab omnibꝰ multū diligit. Quar

Quartum humilitas.

tum quod eſt attendēdum in eligendo amicū
eſt ꝙ non ſit ſuperbus. Superbus eī neſcit eſſe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſocius. ſed ſēper vult dominari et talis neſcit eſſe amicus. In amicitia maxime paritas attēditur vt maior parificetur minori. vnde Hieronim⁹ dicit ꝙ amicitia aut parē accipit aut facit et quia ſuperbus par eſſe neſcit. nō eſt apt⁹ ad amicitiā immo potius ad contumeliam ⁊ rixam vñ ī prouerbijs. II. Ubi fuerit ſupbia ibi ⁊ cōtumelia. Quintum cōſiderandū eſt circa electionem amici. fidelitas que conſiſtit in cōtinuatione amoris in omni tēpore tam proſpero ꝙ aduerſo. omni enim tēpore diligit qui amicus eſt dicitur in libro prouerbiorum decimo ſeptimo Et tali amico nulla eſt cōparatio ſicut dicit eccleſiaſti. Amico fideli nulla eſt cōparatio. et non eſt digna ponderatio auri vel argēti cōtra bonitatem fidei q: fidelis amicus ſemper eſt amicus. etiam poſt mortē quod nō eſt aurum vel argentū. fidelis amicus vitam conſeruat tam ſpiritualem ꝙ corporalē ſeu tēporalem. Amicus fidelis medicamentum vite dicit tullius in libro de amicitia. Quintum fidelitas.

¶ Finis tertij tractatus.
Sequitur quartus tractatus.
¶ De cordis. ſtabilitate. Ca.lxx

Poſt tractatum de apertione cordis ſub multiplici diuiſione diffuſum. Ad tractatū de ipſius cordis ſtabilitate comendat apoſtol⁹. Hebre. 13. Dicens optimum eſt gratia ſtabilire corde vere optimum. Eſt enim cor ſtabili



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re q̄dā ymago ſiue repreſētatio eternitatis vbi oīa ſtabilia ſunt et ī cōcuſſa. Notādū autē q̄ ſcū ī anima duo ſint ſcilicet intellectus et affectus Stabilitur anima ī veritate per fidem quo ad intellectum. In bonitate vero per fortitudinē quo ad affectum. Attende q̄ illi intellect⁹ ſtabilitatem non habent qui iuxta verbum apoſtoli. ephe. iiij. Omni verbo doctrine circunferuntur quorum etiam intellectus diuerſarum cogitationum ſpiritus variatur. Contra quos dicit eccleſia. decimonono. Qui cito credit leuis eſt corde quod eſt dicere. Ex vitio leuitatis venit q̄ homo cito credit id ē ſubito ⁊ ſine deliberatione quod maxime contra illos dicitur qui ſpiritibus erroris attēdentes et a ſcripturarum teſtimonijs recedentes et ab infallibilibus in augurijs et ſortilegijs fidem ſuam ponūt. De ſtabilitate igitur fidei locuturi primo dicemus ſuper quid ſecundo per q̄d debet fundari itellectus noſter. Circa pͥmum modū notandū eſt q̄ duodecī ſunt fidei noſtre articuli ſcđm numerum duodecī apl'oꝝ qui ſimbolū cōpoſuerūt q̄ ſūt duodecī fundamenta ciuitatis de quibus loquit̄ ioannes. Apo. xxi. Hec ſunt enī fundamēta ſup q̄ debem⁹ ſtabiliri iuxta q̄d dicitur prouer. i. Audi fili mi diſciplinam patris tui ſcriptū ē ei in tobia. ij. Vitā datur⁹ eſt illis qui fidem ſuam nunq̄ mutant ab eo. Primū fūdamentū ſiue primus articulus fidei noſtre ptinet ad patrem. Sex ſequentes ad filium quorū prim⁹ ſcđm diuinitatem quinq̄ alij

Duodecim articuli fidei.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Primus articulus.

ſecūdum humanitatem. Prim⁹ itaqꝫ articul⁹ ē. Credo ī deū ꝛc. credo. i. fide tendo ī deū. Credere ei ī deum vt dicit auguſti. eſt credēdo ī eū ire ꝛ credēdo diligere. Et nota ꝙ multi credūt deo qui non credūt ī deum. Credere enim deo eſt credere vera eſſe que a deo dicūtur qḋ faciunt multi ſed pauci eum credūt. i. ī eū corde ꝛ amore tendūt ꝛ ſic multo plus dicit credere in deum ꝙ̄ credere deo. ſequitur. Patrē omnipotentē. Attēde hāc coniūctionem valde dulcem eſſe fidei patri enim nō deeſt bona volūtas ad filios ꝛ precipue patri miſericordiarū qui minus ꝙ̄ mater obliuiſcitur filiorū ſicut ipſe dicit per yſaiam xlix. Et ſicut non deeſt patri voluntas ita omnipotēti nō deeſt poteſtas ꝯplēdi bonā volūtatē patri oīpotenti cōuincūtur plenaria fide nō adherere qui relicto ipſo adherēt diabolo credēteſ ſe fame morituros ſi ſeruierint deo tāꝙ̄ diabolus melioris ſit volūtatis ꝛ maioris poteſtatis ad prouidēdū eis qui ſibi ſeruiunt ꝙ̄ de⁹. Sequitur. Creatorem celi ꝛ terre Creare ē de nichilo aliquid facere ad declarationē hui⁹ verbi quod dicit celi et terre dicitur in ſimbolo ſanctorum factorem celi et terre viſibiliū oīm et īuiſibiliū. Que expreſſio facta ē contra errorem manicheorum qui dicūt iſta viſibilia eſſe a prīcipe tenebrarū ſcilicet diabolo inuiſibilia vero a deo. Secūdus articulus ſiue ſecūdum fūdamentum ſuper quod debet ſtabiliri cor noſtrum eſt illud. Et in ieſū xp̄m dn̄m noſtrum filium eius vnigenitum. hui⁹ autem

Secūdus articulus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſenſus eſt. Credo .i. fide tendo in ieſū chriſtum quod eſt dicere fide teneo q ipſe ieſus chriſt⁹ ſit ſaluator eorum qui in eum credunt. ⁊ q ipſe ſit criſtus .i. vnctus per benignitatem et mãſuetudinem. Sequitur. Filium ei⁹ .i. credo q ipſe ſit filius eius cui ſeruire regnare eſt. In hoc autē q dicitur filius dei inſinuatur q ipſe eſt deus ſicut enim filius hominis homo eſt fili⁹ ſerui ſeruus eſt. Ita filius dei deus ē non alterius ſpeciei. Unde dicit auguſtinus ī libro de ſimbolo quicquid eſt quod generat eſt id quod generat. Nō generat homo bouem. ouis canem ſed hō hominem deus deum. Sequitur Unicum dominum noſtrum. Attende criſtum dominum deū eſſe duplici iure ſcilicet creationis ⁊ redēptionis. Nullo enim iure habet dominiū aliquis ī creatura niſi ſolus creator ⁊ cōtra vniuerſale criſti dominiū videt peccare qui dn̄ari ī mūdo appetunt ⁊ qui contra voluntatem domini dominis terrenis volūt ſeruire et qui prelatis renuūt obedire. Attēde illū ꝓ dn̄o ſolum eſſe habēdū q ſuſcitare poteſt hoiēz ſi ī ei⁹ ſeruitio fuerit mortu⁹. Nō libēter ſequit miles dn̄m illū q nō pōt ei reſtituere equū ſuū ſi ī ei⁹ ſuitio eū amiſerit nec libēter ſuit aliqs dn̄o illi q nō pōt reddē veſtē nouā ſi ī ei⁹ ſuitio veſtes ſuas ꝯſūpſerit.

Tertius articulus.

Ter. ar. q pm⁹ īter eos q ptinēt ad huāitatē ē hic. q ꝯcept⁹ ē ex ſpū ſācto nat⁹ ex mavirgīe. xp̄s ꝯcept⁹ eſt ex ſpū ſctō nat⁹ ex maria virgine .i. opatione ſpūsſācti q ſpūs ſanctus ſepauit a btā virgine qd puriſſimū erat ī ea et formauit inde corpus criſti ⁊ ī inſtāti animā in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fudit. vt taz cito eſſet verus homo ⁊ verꝰ deus Nec fuit aīa infuſa circa quadrageſimū diem a ↄceptione. ſicut dicitur fieri in aliꝭs ſed continuo fuit vir perfectus in ipſa ↄceptiōe. fuit vir perfectus gratia sciētia ⁊ beatitudine. qd̄ vult dicere. Jeremias cū ait. 31. Nouū fecit dn̄s ſuper terrā. mulier circūdabit virū. Et nota ꝙ filius dei ex vehementi deſiderio noſtre liberationis noluit expectare lentas oꝑatiōes nr̄as ſed ſtatim habuit corpus formatū ⁊ animatū. Nota ꝙ chriſtus in conceptione culpa caruit. In natiuitate matri ſue dānū ꝟginitatis non intulit. nec ei doloris cā fuit in quo dedit exemplū filiꝭs vt benigne ſeſe circa matres habeāt: nec ſint eis cauſa doloris vel dānatiōis. Nā de parentū offenſa dicit eccleſiaſticus. 3. Maledictꝰ eſt a deo ꝙ exaſperat matrē. de illis aūt qui bona parentū ſupflue exponūt ⁊ expēdūt ⁊ malicioſe ſubſtrahūt dicitur in Prouer. 17. 15. 10. Qui ſubſtrahit aliquid a patre ⁊ a matre ⁊ dicit hoc nō eſſe peccatum ꝑticeps homicide eſt. Cōtra malos filios.

Quartus articulus eſt. Paſſus ſub pōtio pilato crucifixus mortus ⁊ ſepultꝰ. Attende fidelis anima quanta pro te paſſus ſit ⁊ a perſona tam vili ⁊ criminoſa que etiā indigna erat vita ſcilicet a pilato viro infideli ⁊ crudeliſſimo. Cruci enim fuit affixus quod erat viliſſimum genꝰ tormentorū in qua pependit perſeuerās vſqꝫ ad mortem nec ad clamores iudeorum et militum inſultantium ⁊ dicentium. ſi rex iſrael eſt deſcēdat de cruce. Luce viceſimotertio. Noluit deſcendere in ſignum ꝙ tu in cruce penitē- Quartus articulus



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tie ad vocem diaboli ſeu quorumlibet amicorum carnaliũ non diſcedas. Attende etiã q in morte eius tenebre facte ſunt ſuper terraꝫ. Math. 27. Terre etiam motus petre ſciſſe ſunt: ſepulchra mortuorũ aperta ſũt. Johan. xix. In qb⁹ durcicia cordis humani denotatur ꝛ condẽnatur iuxta verbum. Johã. dicentis cõpatiuntur elemẽta cõditori ſuo refugit ſol quia non poterat videre mortem dñi collaborans laborãti. terra mouetur. petre frangunt. velum templi diuiditur ſepulchra aperiunt. Solus miſer homo nõ compatitur: pro quo ſolo ſolus chriſtus patit. Sepultus eſt. Licet corpus eius nõ eſſet dandũ corruptioni ſecundũ illud pſalmi. xv. Non dabis ſanctũ tuũ videre corruptionẽ: voluit tamẽ pius ieſus hac abſcontione ſepulchri nobis aſſimilari. O aĩa chariſſima. Sepulto dño ꝑpter te fac intra te ſepulturaꝫ per humilitatẽ ꝛ ſpũs paupertatẽ ipſũ apud te recolendo. ꝑ hec enĩ duo ſcꝫ pauꝑtatẽ ꝛ humilitatem intra te ſepelire debes corpus chriſti. ĩmo certe totũ chriſtũ tuũ. Dicit ei Iſayas. 21. Erit ſepulchrũ ei⁹ glorioſũ. Chriſoſtomus. ꝯtẽne diuitias ꝛ eris diues ꝯtẽpne gloriã ꝛ eris glorioſus ꝛ ſic ſepultũ chriſtũ tuũ inuolues in ſyndone mũda cũ ioſeph. io. i. 9. Ad exponẽs Beda dicit. In ſyndone mũda chriſtũ inuoluit q euꝫ pura mẽte ſuſcipit. Quit⁹ articulus eſt. deſcẽdit ad inferos ꝛ hoc ſcḋm animam vt extraheret ſuos qui erãt in lymbo. Lymbus appellat ora ſiue porticus inferni vbi erãt ſcti antiq expectãtes liberationẽ ipſi⁹ ſcḋm ꝯſcriptũ eſt i zacha

Quit⁹ articulus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ria. 9. Tu autē in ſanguine teſtamenti eduxiſti
vinctos de lacu. Et attende puerſitatez hoīs q̄
nō vult ſeq̄ chriſtū ī celū cū ipe ieſus ad hoīem
liberandū ſecutus eſt hominem in infernum.
Sextus articul⁹ eſt tertia die reſurrexit a mor- Sextus ar articulus.
tuis. Si ergo chriſt⁹ mortu⁹ ſua virtute reſur-
rexit viſimile eſt q̄ ipſe iā viuēs mortuos po-
tuerit ſuſcitare qui ad probandā ſuam reſurre
ctionem oībus diſcipulis manifeſtus apparu-
it. Jo. 20. ſeipſū viſibilē ꝛ palpabilez eis exhi-
bendo dicēs ī euāgelio. Luce. 24. Palpate et
videte q꞉ ſpiritus carnem ꝛ oſſa nō habet. At-
tende etiā chriſti reſurrectionē cauſā eſſe et ſi-
gnū reſurrectionis ſpūalis que fit per gratiā
dum anima a morte peccati reſurgit ſcd̄m q̄ di
cit apl's ad Roma. 6. vt quēadmodū chriſtus
reſurrexit ita ꝛ nos ī nouitate vite ambulem⁹.
Attēde chariſſime chriſti reſurrectionem glo-
rioſā ſm̄ formā eē tue reſurrectionis in aīa vt
ſicut chriſt⁹ veraciter integraliter eternal'r re
ſurrexit in corpe: ita tu veraciter integraliter
eternal'r reſurgas in aīa. Veraciter eī nō fāta
ſtice chriſt⁹ ſurrexit ſm̄ illō euāgeliū. Luc. 24.
Surrexit dn̄s vere ꝛ apparuit ſimoni. Fātaſti-
cam ꝛ non veram reſurrectionem pretendunt
ypocrite qui ſigna vite ſpiritualis in verbo ge
ſtu ꝛ habitu pretendentes exterius interius vi
tam gratie ꝑ corruptā intentionē et occultam
malitiā extixerūt. Vn̄ talib⁹ ꝯpetit illud verbū
Apoca. 3. Qd̄ cuidā falſo diuiti dicitur. nomē
habes q̄ viuas ꝛ mortuus es. De talibus eti-
am dicit apoſtolus. 2. Thimo 2. Speciē q̄dem

pietatis habentes ꝛ virtutē eius abnegantes. tales ſunt quaſi biſſe religionis ſicut biſſe inueniuntur in pannis ꝛ anulis. Item integraliter ſurrexit chriſtus ī corpore vt ītegraliter ꝑ gratiam reſurgas in aīa cū ſint quidā q̄ a peccato vno per penitentiā reſurgūt ꝛ cōfeſſionē: ꝛ adhuc flagitijs multis detinentꝛ. Quid enī ꝓdeſt a peccato luxurie reſurgere: ꝛ in morte ſuꝑbie ſeu auaritie detineri. Nā qui ferro veſtitū per vnā partē ꝑcuſſerit ſagitta: ita cadit q̄admodum ſi totꝰ nudꝰ fuiſſet. Dicit Chriſoſtomus. Eodē mō vt idē dicit xpianꝰ q̄uis omnē iuſticiam fecerit. ſi ī vno peccauerit ſic peccator conſtituitꝛ q̄admodū ſi in oībus peccaſſet. Nichil ergo in te de veteri hoīe remaneat vt cum chriſto tuo ītegraliter reſurgas. Itē ſurrexit chriſtus eternalr. qꝛ ſurgēs ex mortuis iam nō moritur. Ad romanos. 6. Sic tu a mortuis peccati reſurgas. Ut amplīꝰ per pctm̄ nō moriaris: ſed in vita gratie perſeueres. Qui eniꝫ diu in peccato permanſerunt: ſi aliquando ad horam videntur per penitentiā reſurgere de facili ad conſueta reuertuntur. quia vetus equus de facili non ponitur in ambulatura ꝛ de facili reddit introitū ꝛ equus incraſſatꝰ rūpit capiſtrū. Ecce vera integra perſeuerans anime reſurrectio vere ītegre eterne chriſti reſurrectioni reſpondens.

Septimus articulus.

Septimus articulus eſt. Aſcendit. ad ad celos ſedet ad dexterā dei patris oīpotētis. Inde venturus iudicare viuos ꝛ mortuos. Attende q̄ chriſtus aſcendit in celum: poſt eū neceſſe eſt aſcendere eos qui ei fide ꝛ dilectione

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adherent. Et ideo bonum eſt tibi ſemper adhe rere chriſto tuo. quia in eodez hoſptio neceſſe eſt membra recipi in quo caput receptum eſt. quia ipſe dicit. Ubi ego ſuz: illic erit ⁊ miniſter meus. Scd̄m ꝙ homo eſt ſedet ad dexterā pa- tris ⁊ quieſcit tanꝙ poſt laborez paſſionis: ita ſi tu cū chriſto laboraueris ⁊ paſſa fueris illuc te ſeſſio cōcedetur. Noli ergo chariſſima labo res cordis deuitare per quos tibi talē prope- ras ſeſſionem. Sedet etiam ad dexterā patris chriſtus inꝙtuz deus eſt quia patri eſt coequa lis regnat equalitas enim per dexterā deſigna tur. Conſidera ergo chriſtū tuum ſibi ⁊ tibi ad dexteram patris locum elegiſſe: qꝛ in dextera eius ſunt delectatiōes eius vſqꝫ in finē. Sequi tur inde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortu- os. i. bonos ⁊ malos. vl' ad litteraz viuos. i. il- los qui in aduentu ſuo ad iudicium viui repe rientur qui momento morientur ⁊ reſurgent ⁊ illos omnēs qui ab initio mundi mortui ſunt. O ꝙ grauis illis erit ad videndun qui cogita- tione peccatorū ſuorū timidi accedent. graui- or vero ad audiendum quando tonabit mira- biliter voce ſua ſicut dt Job. 40. Grauiſſimus vero ad ſuſtinendum. Nam ſi manus moyſi vt dicit lex exo. 17. Erant graues certe illius gra uiores man'erūt. Quāto enī terribilior appa rebit malis tanto mitior apparebit bonis. Nā tūc erit magna fiducia quando videbūt fratrē ſuum ⁊ amicum iudicare. Un̄ Gregorius ī qua dam omelia qꝛ dominus blandus iuſtis: ⁊ ter- ribilis apparebit iniuſtis. Sed q̄ri poteſt vtrū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vultus iudicãtis mutabit vt alteri⁹ modi videatur iuſtis ⁊ alteri⁹ iiuſtis appeat. Itẽ q̄ri pōt q̄lis apebit pueris nō baptizatis q̄ nec glīam nec penā ſẽſibilẽ ab ipſo expectabūt. Adhec reſpondi poteſt ꝙ terror vultus eius vel blandicies ex conſcientijs hominū noſcetur iudicādorū vultu ſuo penitus imutato ſicut duo iudicandi diſtant coraȝ iudice. Nam ille quē torquet conſcientia mali facti reputat iudicē terribilem. Alter autem qui ſibi nichil mali cōſcius eſt videtur iudex eſſe blandus ⁊ benignus. Circunſtantes vero iudicē aſpiciūt neq̄ blandum neq̄ terribilē: q꞉ nec bonum nec malū expectāt ab eo: neq̄ ſue liberationis: neq̄ ſue punitionis conſcij ſibi ſūt. Ita chriſtus in iudicio bonis blādus: terribilis malis. neq̄ blādis neq̄ terribilis paruulis apparebit. Octauus articulus ꝑtinens eſt ad ſpiritū ſctm̄. Credo i ſpiritum ſanctū, ſanctā eccleſiam catholicam. Attende ꝙ ad ſpiritum ſanctum quinq̄ pertinent tria ſcȝ in preſenti ⁊ duo in futuro. Primuȝ eſt ꝙ cum ipſe ſit bonitas ad ipſuȝ pertinet deſtructio ſui contrarij ſcȝ malicie ſeu peccati. Unde ad eum pertinet ſanctificatio ⁊ ideo dicit ſanctam eccl̄iam catholicā. i. credo ꝙ ſpūs ſāctus ſit ⁊ ꝙ eccl̄ia ſctificet ꝑ ipſū. Seq̄t ſāctoꝝ communionē. Ad ſpm̄ ſctm̄ ꝑtinet cōicatio. i. vnio membroꝝ i corpe eccl̄e. Sicut enim ſpūs hoīs vnit mēbra ī corpe hūano. ſic ſpūs ſctūs vnit ligat ⁊ ɔiūgit fideles adinuicē tāq̄ mēbra ad caput quod eſt chriſtus. Item ad ſpirituȝ ſanctū pertinet communicatio quam habēt ſancti ad

Iudex quomodo apparebit in iudicio.

Octau⁹ articulus.

Cōmunio ſanctoruȝ.

inuicem in hoc ꝙ ſocij ſunt in lucro ſicut mercatores aſſociantur in nundinis vt quicquid lucrantur ſit in cōmuni. Ita eſt de comunione ſanctorū. Ideo dicit pſal. 118. ꝑticeps ego ſuz oim timentiū te. Si ergo in mundum iſtum intraſti tanꝙ ad nundinas conſulendum eſt tibi vt paruum catallum tuum ponas cum ditioribus ⁊ ſapientiorib⁹ mercatoribus quos in foro huius mūdi poteris reperire. Et q ſūt diuites ⁊ ſapientes mercatores niſi viri religioſi qui pauptate regnum humilitate gloriam. labore quietem perpetuā cōparare nouerūt. Mū clauſtꝝ intraſti aſſociaſti te mercatoribus regni celeſtis ⁊ paruum catallū tuum cum eis poſuiſti. ve tibi ſi conſortia et cōmunionem talium elegiſti cum quibus catallum tuum ſaluare non potes. vt faciūt illi q clauſtra delicata ⁊ diſſoluta eligunt ⁊ deteriores in conſortio clauſtralium diſſolutorum ſunt ꝙ ſi in ſeculo remanſiſſēt de hac cōmunione loquēs ſeneca ait. cōſortiuz omniū rerum facit amicitia. nec proſperi quicꝙ ne aduerſi ſingulis eſt: ſed totum mittitur in cōmune. Ecce ſanctoꝝ communio quam facit ſpiritus ſanctus. Sunt autē ſeptem in quibus attenditur per que poteſt cognoſci ſanctoꝝ cōmunio per ſimilitudinez membroꝝ in corpore. Primum eſt ꝙ vnum membrum officium ſuū ſibi nō appropriat: ſed mēbris alijs gratis cōmunicat. oculus enim nō ſibi ſed mēbris omnibus operatur. pes nō ſibi ſed corpori ambulat ⁊ totū corpus portat. Sicuer⁹ clauſtralis non ſibi ſolū ſ oib⁹ fratribus cōmunicare debet ſi

Septē, ꝑ q̄ cognoſcit cōio ſctōꝝ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quã habet grãm ſm qd dicit apoſto. ad Roma nos. 12. Multi vnũ corpus ſumus in chriſto ſinguli autem alter alterius membra. Item in eodem: Neceſſitatibus ſctõrũ cõmunicãtes. Secũdũ ẽ qꝫ vnũ mẽbrũ nõ iuidet alteri mẽbro licꝫ officiũ nõ habeat iſtud mẽbrũ qd hꝫ aliud mẽbrum. Sic tu ſi in humiliori officio fueris ↄſtitutus alijs qui in ſublimiori officio fuerũt iſtituti ſi mẽbrũ vis eſſe corporis chriſti non inuideas. Tertiũ eſt qꝫ mẽbra infirmiora amplius honorãtur. dicit enim apoſtolꝰ. 1. Corinth. 12. Q̃d mebra que videtur infirmiora neceſſaria ſunt ⁊ que reputamus ignobiliora mẽbra corporis. his habundantiorem honorem damus: ſic tu ſi membruꝫ chriſti es non debes eos qui ignobiles ⁊ infirmiores videntur deſpicere dr enim ambroſius. Non eſt fraternus amor niſi mutuis ſe preueniant obſequijs. Ad hoc autẽ facit quod dicit chriſoſtomns ſicut homo ĩtelligit qꝫ membrum honorabilius habeat in corpore ſuo ⁊ quod fuerit inhoneſtum ipſa auteꝫ mẽbra ſe nõ cognoſcunt ſi honorabilia aut ↄtẽtibilia ſint. ſic differẽtiam inter ſanctuꝫ ⁊ ſctm̃ chriſtus ſolus cognoſcit cuius mẽbra nos oẽs ſumus. ipſis autem ſanctis non eſt conceſſum vt cognoſcant dominum ſuum ab inuicem ne meliores ſuperbiant cõtra deteriores. ſi ergo membru m chriſti es non te preferas ali membro cum non conceſſum ſit tibi dignitatem tuã cognoſcere ſed ſoli chriſto cuius membruꝫ es. Iudic iuſti tui relinquas. Quartum eſt qꝫ illud quod vnum membrum recipit quod omnibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

communicat. Si vero aliquod membrum ampli⁹ debito ſibi de eo quod ſibi deſtribuitur retinuerit quod ex defectu virtutis digeſtiue aliquando contingit ad malum ſuum retinet. Eſt ei illud quod retinet materia apoſtematis vel alteri⁹ iſirmitat; Sic fit p̃cipue int claustrales ad malũ ei tuũ o clauſtralis reties qd frib⁹ tuis non vis eſſe cõmune. hec ſunt ei diuitie conſeruate in malum domini ſui de qubus ſcripſit ſalomon eccleſiaſti. v. Quintum eſt q vnuz mẽbrum ſibi reputat fieri qd alij fit in eodẽ corpore ſiue ſit bonum ſiue ſit malum. Nonne ſi ledatur manus vel pes dicit cur me ledis. Non dicit tu ledis pedẽ. ſi calcei tibi dantur os regratiatur et dicit tu me calciaſti. Sic ſi membrum criſti es debes tibi reputare q fit fratri vel ſorori vt mala ei⁹ tua reputes per compaſſionẽ eius bona tibi attribuas per congratulationẽ. Sextum eſt q vnicũ membrum ſi leſuum fuerit ab alio membro ſe non vindicat vt cũ ſcidis aliquid pedem ſcidis et pes leſus de manu que eum ſcidit nõ ce vindicat ſed ſuſtinet ſic tu ſi vere membrum criſti eſt ſi frater tu⁹ aut ſoror te leſerit vel offenderit non vindictam queras ſed patienter feras ꝛ hoc eſt quod iubet apoſtol⁹ Nulli malum pro malo reddantes. 7. rom̃. xij. Septimum eſt q vnum membrũ pro alio leſioni ſe exponit vt manus pro oculo. ſic tu qui mẽbrum criſti es malum pene ne frater tu⁹ malũ culpe ĩcurrat debes in te velle ſuſcipere. ꝛ exẽplo criſti capitis tui q̃ i cruce ſcapulis ſuis obumbrabit tibi cũ ictũ ꝓ te recipiẽs ſuper ſe ne

Non ẽ apetẽda vidicta.

ſuper te ictus vltionis diuine deſcēderet. Ecce habes in quibus conſiſtit ⁊ per que cognoſcit ſāctorum communio. Sequitur. Remiſſionē peccatorū. Credere enim debes ꝙ peccata ꝑ baptiſmū et penitentiam et alia eccleſie ſacramenta plene remittuntur. Atende ergo ꝙ ſi ꝑ ſpiritum ſanctū remittūtur offenſe ſignū eſt ſpiritum ſanctum habes ſi offēſas tibi factas offēſori remittis. alioquin plenus es ſpū maligno. Si per ſpm ſāctum facta eſt tibi remiſſio et miſericordia. Noli fratri miam denegare. Noli enim ſubuertere pontē miſericordie quē tranſiuiſti dicit chriſoſtom⁹. Si magnum op⁹ mīe dicitur pontes facere maxima crudelitas eſt pontes deſtruere. Pons enim per quē trāſitur ad deum mīa eſt. Noli ergo miāz denegare maxime ex quo te oportet per pontē miſericordie pertranſire. Item ad benignitatē ſpiritus ſancti pertinet remuneratio tā in corpore ꝙ̄ in anima. Ad remunerationē corporis xp̄i pertinet ſequēs articulus: carnis reſurrectionem: ad remunerationē anime vitam eternā Qui carnis reſurrectionem fideliter credit nō timet miſerum corpus expēdere ī ſeruitio xp̄i ex quo ſperat ſe recepturū illud cū gloria quadruplici claritat. īpaſſibilitatis. ſubtilitatis et agilitatis. ¶ Non enim timet aliquis veſtes ſuas veteres et pannoſas: expendere in illius domini ſeruitio quo poteſt ꝓcioſas et nouas ꝓ vilibus reddere. Sed non nulli ſunt in clauſtris qui videntur diffidere de domino ita parcentes corpori: quaſi dominus non poſſit eis

Miſericordia eſt pons.

Pati labores admonet.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nouum corpus glorificatum reſtituere. Tales ſimiles ſunt filijs pauperum vetularũ qui coti die iuxta ſepes ad ſolem veteres pãniculos cõ ſumunt et reconſuunt ⁊ quicq̃d reficiũt ex vna parte laceratur ex alia Ita qui cuilibet pe titioni carnis exatricis. vult indulgere come dendo ad quamlibet excitationẽ famis dormi endo quotiẽs aſõino deprehenduntur vitã du cit lenonũ qui totum temp⁹ expendũt circa re parationem veterũ panniculorũ ſuorũ quod viliſſimum. Attende cõſuetudiẽs ordinis tui redduntur veteres panniculi veſtiario qñ noua recipiũtur ab eo Itẽ vetera veſtiario tuo xpo qui carnibus et pelle veſtiui te reddidiſti. qñ clauſtrũ ĩtraſti et corpus tuũ quod corrũpit et aggrauat animã. Sapi. 9. Eius ſeruitio mã cipaſti. Non enim decet te eſſe reſartificẽ vete rum veſtium ſed morem nobiliũ geras qui ve ſtes diſſutas et calceos diſſipatos portare cõ ſueuerunt quod tamen vix aduertũt ita corda nobilia circa huiuſmodi curã carnis niſi quã tum neceſſitas cordis non intendũt. Sũt enĩ quidã ruſtici q̃ faciũt cũ gabaonitis poni que dam ſigna calceis ãteq̃ deprecianẽ. Joſue. 9. Sic huiuſmodi carnales q̃ cito ſõpniãt ſe ali quãtulum eſſe ad infirmitatem diſpoſitos ſola oppinione infirmati declinãt ſtatim ad ĩfirma riam anteq̃ infirmentur. Sicut de quodã nar rat qui intãtũ timuit ne lepram incurreret q̃ ex ipſo timore ſtatim leproſ⁹ effectus eſt. Itẽ de altero qui tãtũ timuit ne caderet de alto cena culo q̃ pre timore corruit. Corp⁹ enĩ ꝑmodo

Veſtes no biles ãple ctande.

Infirmi tas nõ menda

Imagina tio facit ca ſum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuo neceſſe habet iduere formas ab aīa deprehenſas. Ut patet in illo qui apprehendit aliud horribile ſtatim corpus inhorreſcit et pili ſui quodammodo eriguntur. et etiam in illo quez aliquid delectabile carnis aprehendit ſtatim caro ad illicitum commouetur ſic corda melencolica ⁊ timida ex egritudinis aprehenſione ſolo timore aliquando contingit egrotare. Ideo dicitur in ꝓuer. 18. Pigruz deicit timor Memento ergo de carnis tue innouatione ⁊ ſic carnis vetuſte cōſumptionem non formidabis. Attende et corpus tuum quaſi quodā animal laborioſum tibi mutuo conceſſum ad faciendum opus tuuz. Noli ergo illud tenere ocioſum et dimittere in dextro cuz ignores quā diu penes te remanebit ne ī facto negotio ab illo qui conceſſit repetatur. Unde dicit chriſoſtomus ſi mutuo acceperis bouem vel equum operaris inſtanter ⁊ dicis. forſitam cras tolletur a me. Quare hoc non facis de corpore. Sequitur vitam eternā. Ingredietur qui fidē habet de vita eterna ſollicitus debet eſſe quomodo illi ꝓuideat. Si enim cum tanta ſollicitudine prouidetur. Huic taz miſere vite de qua nemo certus eſt de ſolo die quanta ſollicitudo debet eſſe prouidendi illi vite de qua certus es ꝙ erit eterna ⁊ eſt ſenſus vitā eternam. Ideſt credo vitam eternā primum eſſe bonorū ⁊ per cōtrarium mortē eternā ſuppliciū fore malorū. Natura enim oppoſitorum eſt vt vno dicto intelligatur ⁊ alteruz. Ecce habes duodecim articulos fidei tue qui ſicut vt ſupradictū eſt duo

Ocioſitas mala.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

decim fūdamētis ciuitatis de qb⁹ loquit̄ beatus. Joannes in apocalipſi.21. Qui etiaꝫ figurati ſunt per duodecī lapides quos tulerunt filij iſrael de medio fluminis iordanis ad locuꝫ caſtroꝝ. Joſue.4. Hec ſūt pūcta fidei tue. Ve chriſtiano ꝗ pūcto triū deciorū ī ictu oculi bene ſcit numerare pūcta autē fidei ſue vel etiaꝫ implicite numerare non nouit.

¶ Que ſtabiliunt et cōfirmāt cor. Ca.lxxij.

Dicto ſuper que ſtabiliri debet ītellectus noſter reſtat dicere que ad fidei noſtre confirmationē habent animā ſtabilire. Nota autē ꝙ inter multa quatuor ſunt que fidem noſtram valde confirmāt et ſtabile reddūt primū eſt miracul⁹ ꝯfirmatio. Nulla enim vnquam alia ſecta habuit miracula niſi ſola fides noſtra. Miracula enim fidei noſtre ab abel inceperūt quādo vt ſcriptū eſt in geneſi reſpexit dominus ad abel ⁊ ad munera eius. Quomodo autē aſpexerit determinat alia tranſlatio qui ſic habet inflammauit dominus ſuper abel ⁊ ſuper munera eius ignꝫ ignis eniꝫ de celo oblationē eius īcendit et ad hoc fuit ſignuꝫ ꝙ acceptū erat coram dn̄o illud quod offerebat deinde ſubſecuta ſunt miracula ſub noe Gen̄.6.7 Qui archam imminēte tempore diluuij fabricauit p̄riarcha. ⁊ ſub alijs vſꝙ ad legē moyſi ⁊ deīde in gēte hebreoꝝ multiplicata ſunt. Tandē cum in hac fide cū ap̄lis miracula tranſlata ſunt ꝙ etiam īter certa nō paruū miraculū vt dicit benard⁹ reputādū eſt

Miracula fidē confirmant.

Ignis in ſacrificio abel deſcendit.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

q̄ dn̄s totū mundū et ei⁹ altitudinē per homi-
nes ſimplices ⁊ pauperes ſcilicet apoſtolos ſu
biugauit. Itē accidit. Adhuc q̄ ſācti non ſolū
viui imo etiā mortui fidem noſtrā miraculis
innumeris cōfirmauerunt. Dicit gregori⁹ om
nia elmēta auctorē ſuū veniſſe teſtata ſūt. Ut
enī quodā vſu humano loquar deū hūc celi eſ-
ſe cognouerunt q2 protinus ſtellā miſerūt. Ma
re cognouit q2 ſub pedib⁹ eius ſe calcabile pre
buit: terra cognouit q2 eo moriente cōtremuit.
Mathe. xxvij. Sol cognouit q2 lucis ſue radios
abſcondit. Secundo facit ad fidei noſtre confir
mationem teſtium multitudo omni exceptio-
ne maiorū. Quid dicit iohannes baptiſta. Ma
the. 12. Quo nullus maior qui ad hoc venit te
ſtimoniū phiberet fidei noſtre. Jo. i. xxxi. Quid
io. euangeliſta qui vidit et teſtimonium perhi
buit ſicut ipſe dicit in euangelio q̄ dicit de xp̄o
noſtro vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti
a patre. ⁊c. Quid omnes martyres qui teſtimo
nio fidei prelati ſunt inuenti. ¶ Qui etiam an-
tiqui philoſophi qui vnam cauſam vnam ſum
mam potentiam: ſapientiam benignitatem diſ
ſeruerunt. Quid fuerūt omnes iſti niſi teſtes p
ducti ad perhibendum fidei noſtre teſtimoniū
Et attēde q̄ teſtimonium hominū talium fuit
qui note ⁊ pbate per omnia ſanctitatis fuerūt
mūdi cōtemptores, nullum hominem timētes
Quid ſi tibi parū videt addo q̄ ipſi martires
veritatem fidei noſtre morte propria confirma
uerunt cū manifeſtum ſit q̄ nullus ſani capitis
morte mendatiū audent confirmare. Cum etiā

Omnis cre atura acla mat fidē q̄ probat.

Teſtiū mul titudo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

homines falſi et mendaces in morte veritatem cõfiteantur. Quomodo ergo in te loc⁹ dubitationis poſſet relinqui ſuper certitudine fidei nostre q̃ nil certi⁹ q̃ per tot ⁊ tãtos teſtes ꝓbata eſſe dignoſcit. Tertio facit ad ꝯmẽdationẽ fidei nr̃e reuelatiões ⁊ ꝓphetie yſaye. Jere. ⁊ alioꝝ quos fidei noſtre veritas habet ⁊ in xp̃o noſtro implete ſũt. Judei vero modo ꝓphetias nõ habent qui fidem noſtrã immo ſuã ideſt ſuorum ꝓphetarũ deſeruerũt. Quarto facit ad fidei nr̃e ꝯfirmationẽ q͛ fides nr̃a digniſſima de deo ⁊ de ipſo homine ꝓbabiliora ſẽtit⁊. vere ſẽtit de deo digniſſima. Alie enim ſecte male de deo ſentiũt Uel de dei omnipotẽtia. ſicut illi qui negant deum poſſe corpora noſtra ſuſcitare vel naturam noſtrã poſſe aſſumere ⁊ itentũ diuine potentie derogant ꝙ negãt deũ poſſe illud quod ipſi nequeunt intelligere. Alij male ſentiunt de dei bonitate vt illi qui negãt ſemel lapſos in peccatũ per penitentiã poſſe redire. Alij de ei⁹ iuſticia ſicut illi qui negãt deũ iudicaturũ peccata aut qui dicũt ſaltẽ non iudicaturum eũ eternaliter Fides autem noſtra dei omnipotẽtiã ſummã eius iuſticiã predicat ⁊ infinitã bonitatẽ. ideo dicit auguſtin⁹ prudentium eſt eſtimare et fidelium credere que ſit fides purior manifeſtior ⁊ dignior. Nihil enim dignius diuine maieſtati poteſt attribui ꝙ quod fides noſtra tenet. Item que de ipſo homine probabiliora ſunt ſentit fides noſtra ⁊ que magis decent rationalẽ creaturam. Docet eni te fides ad ymaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ dei creaturã viuere iuxta verbũ apl̃i ad

Reuelationes infallibiles.

Probabilitas fidei maxima.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ephe.v.Eſtote imitatores dei ſicut filii cariſſi
mi. Itē ad ſimilē gloriā diuine glorie ꝓmittit

Ratoniabi litas contē gorum fidei

peruenire iuxta verbū.i.Io.iij.Scimꝰ qm̄ cū
apparuerit ſimiles ei erimꝰ. Gens iudeorū et
gēs mahommeti indigna ſentiūt de dei magni
ficentia dum gēs iudeorū ſepat diuitias ⁊ ſolā
affluētiā bonorū temporaliū a deo dū expetāt
ſibi dari aureā iheruſalē gens aūt mahōmeti
ſolū deliciarū carnaliū remunerationū exp̄ec-
tāt vtriuſq; ſpes fere brutalis ē ⁊ homini q̄ ani
mas ſuas inuanū acceperūt cū aīa q̄ inuiſibilis
eſt ſit ſolū bonis inuiſibilibꝰ remunerāda. Nec
ipſa noſtra rationalis hominis inferioribꝰ bo
nis bona fieri poteſt. Bona enī vita inuenit cū
idqđ optimū eſt hoīs ⁊ amatur ⁊ habet. qđ ni-
hil deterius ſibi eſſe q̄ ipſe homo poteſt cū er-
go delicie ⁊ diuitie carnales deteriores ſit ipo
hoīe homī bū facere nō poſſūt. Ūñ dicit augu-
ſtinꝰ. Quiſquis qđ ſeipſo deteriꝰ ē ſequit fiet
ipſe deterior. Cū ergo fides xp̄iana tot ⁊ tanta
firma habeat argumēta veritatis iexcuſabiles
ſūt tot argumētis nolētes acqeſcere ⁊ merito
punient. Ualde e ipōderoſꝰ eſt vel nimis debi
lis cui tot apodiationes nō ſufficiūt ſuſtentare
Nec mirum ſi offendit prima veritas tot pigno
ribus ſignorum vel aliorū ꝓbationū ei non cre
ditur cū paucioribus teſtibꝰ vni q̄tūcūq; icre-
dibili crederetur ⁊ hec dicta de fulcimētis no-
ſtre fidei ſufficiunt.

De ſtabilitate ſiue de
conſtantia cordis.
apitulum. 73.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

POſito fundamento intellectus tui duodecim videlicet articulis fidei ⁊ ꝓdeterminato que ſunt que fidem confirmant. De ſtabilitate animi ſiue affectus diſſeramus. Notandum ꝙ nobilitas eſt animi firma conſtantia ⁊ in propoſito perſeuerans. Eſt autē duplex lex. Cōſtantia ſeu ſtabilitas quedam eſt generalis que attenditur in perſeuerentia propoſiti que circuit omnem virtutem. Et eſt conſtantia ſpiritualis que attenditur circa res terribiles et ad ſuſtinendum difficiles que ledunt naturam ⁊ hec conſtantia pertinet ad fortitudinem. Attende autem ꝙ conſtantia eſt ſeruare medium inter pertinaciam ⁊ mutabilitatem quorū vtrū ꝙ vitium eſt. Pertinaces non conſtantes appellādi ſunt qui nullo conſilio a ſuo propoſito poſſunt reuocari. Sꝫ ſtabilis eſt qui a ſuo ꝓpoſito recedit cū credit deo diſplicere et in eo ꝑſeuerat cum illud deo placere putat ſecundum ꝙ legitur de filijs iſrael qui ad imperium domini proficiſcebant ⁊ iterū ad eius īperū figebāt tēptoria. Exodi.i.4. Numeri.2. Tu ergo qui ad eius qui tibi preeſt conſilium vel ſociȷ̄ tui te diſcretionis a tuo propoſito. non vis recedere nolite reputare conſtantem ſed pertinacem.

Quid ꝑſeuerās ⁊ ꝑtinax.

Mutabilitatem affectus reprehendit ſalomō in pigro dicens. Prouerb.i3 Uult ⁊ nō vult piger. Affectus enim pigrorum ideſt mollium ⁊ effeminatorū cordium de facili faſtidium patiuntur. modo volūt: modo nolūt. modo amāt. modo amatum relinquunt. Talium corda cō=



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

parantur veſice natanti in aqua. Ideo ſeneca in epiſtolis. Ante omnia hec cura et obſerua an eadem velis hodie que heri. Mutatio eniꝫ voluntatis inducat animum natare atꝗ illuc properare quo ventus impluerit. ſicut vagaꝛ quod male fixum atꝗ fundatum eſt.

¶ Quattuoꝛ que faciunt ad inſtabilitatem Ca. 74.

NOtanda autem ſunt quattuoꝛ que faciunt ad inſtabilitatem. Primū eſt ſtulticia nunꝙ enim a ſtulto ſtabilitatem expectes. omnis ſtultus inſtabilis Juxta verbum Eccleſiaſti.27. Stultus vt luna mutaꝛ. ſ. de cogitatiōe i cogitationem. De volūtate in voluntatē. de deſiderio in deſideriuꝫ. de peccato in peccatū. Dicit enim ſalomon. Prouerb xv. Coꝛ ſtultoꝝ diſſimile erit ſibiipſi ꝛ hoc facit vagatio volūtatum. Unde tales ſolent comparari candello flammico qui cito vertitur. Unde ſeneca i epiſtolis. Quid eſt ſapientia. idem velle atꝗ nolle. ſtulticie nichil conſtat: nichil diu placet ei. lapis quadratus ſtabilis eſt: ita bene oꝛdinatus homo ſtabilis eſt. Unde ſeneca. Primum argumentum mentis componite exiſtimo ſecum exiſtere ꝛ ſecum moꝛari. Econuerſo omnis male oꝛdinatus eſt inſtabilis. Secundum ꝙ animum facit inſtabilem eſt peccatum. Ido dicit Jeremi. Treñ. i. Peccatum peccauit hieruſalem propterea inſtabilis facta eſt. eſt eniꝫ coꝛ pecatoꝛis tanꝙ pila que ad quemlibet mo

Pctm̄ inſtabilē reddit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dicum impulſum circūuoluitur circunquaq̄. Ideo dicitur in Iſay.22. Ponam te quaſi pilam in terram latam ⁊ ſpacioſam. Sicut enim pila ludis ruſticorum de vno ad alium impellitur: ita cor peccatoris de peccoto vno ad aliud quaſi inter manus diuerſas demonuꝫ proijcitur. Tertium quod reddit inſtabilem anima impatientia eſt omnis enim impatiens inſtabilis eſt. Iuxta verbum boetij in libro de cōſo. dicentis. Quis eſt ille tam felix qui cum dederit impatientie manus ſtatum ſuū mutare nō optet. Attende ꝙ id quod gubernaculum facit naui: hoc patientia facit cordi. Eſt eniꝫ patientia tanꝙ gubernaculum nauis regitiuuꝫ. Unde ſalomon. prouerb.14.16. Qui patiens eſt multa gubernatur ſapientia et ſicut nauis ſine gubernaculo ventis et turbinibus agitatur et tandem poteſtate compulſa eliditur: et frangitur ad rupes ⁊ ſcopulos. ſic cor impatiens in mari tribulationis deſolatione tempeſtatur. et ira et cum indignatione ad ſcopulos cuiuſq̄ offenſionis alliditur. Dicit enim dominus per Iſay.5.1.54. Paupercula tempeſtate concuſſa abſq̄ conſolatione erit. Et que eſt illa paupercula niſi anima impatienſn virtutum poſſeſſione ſpoliata. quam tempeſtas cuiuſlibet tribulationis vel tēptationis tanꝙ nauem abſq̄ gubernaculo a ſua ſtabilitate euellit. ⁊ abſq̄ vlla conſolatione euulſam relinq̄t. Quartum quod animam reddit inſtabileꝫ: eſt defectus timoris. timor enim reddit animū ſtabilem ſicut lapides ſuppoſiti aſſeribus ſup te-

Impatientia īſtabilē facit.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cta eos cuſtodiūt ne a vento rapiantur vel mo
Timor ſtabilē efficit. ueātur. Unde dicit Eccleſiaſticus. 25. Timor domini ſuper omnia ſe ſuperponit vel ſuperpoſuit. ¶ Item ſicut anchora nauem ſtare facit. Ita timor cor ſtabile reddit. dicit enim Gregorius ꝙ anchora mentis eſt pondus timoris.
Timor anchora eſt. Aduerte ꝙ periculoſum eſt in mare anchoram perdere quantus clamor quātus vlulatus nauigantiuꝫ anchora perdita. Nauis ſine anchora: cor ſine timore. Et attende ꝙ ſicut bonus timor animum reddit ſtabilem: ita malus facit inſtabilem et facit huc atqꝫ illuc fluctuare. Timor malus diuiditur in mundanum ⁊ humanū timorem. Mundanum habet quis cum peccare elegit ne ledaꝛ in poſſeſſione. Humanū autem habet qui eligit peccare nō ledatur in corpore. Timorem mūdanum habet amator auarus pecunie qui omnes fere quos videt timet ſi videt pauperē eſtimat furem. Ut dicit Auguſtinus. Si videt diuitē reputat predonem. Talis nunꝙ quieſcit nūꝙ ſecutus eſt Immo ſicut dicit Iob. 15. ſemper ſonitus terroris eſt in auribus eius. ⁊ cuꝫ pax fuerit ſemper inſidias ſu
Timor mūdanus. ſpicatur. Timoreꝫ humanū habent qui nimis timent pelli ſue ⁊ qui nimis ſe concredūt q̄ ſcilicet ne morbū vel debilitatē incurrant: nimis fouent carnem ſuā. labores vigilias ⁊ ceteras diſciplinas ſui ordinis abhorrentes que ſeruare ſe dicunt propter dei ſeruitiū qui tamē poſt longuam reſeruationem nundū dei ſeruitiū inchoauerūt. Si tu ad ſeruitiū dei comedis cur tādiu comediſti ꝙ adhuc ſeruire deo non ince-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

piſti. Iſti ad modū equi vmbratici qui ad auis volatum aut motū folij terrent aut reſiliūt tre pidantes vbi nō eſt timor. pſal. 13. qbus conue nit quod in Leui. 26. legitur. Terrebit eos ſo nit⁹ folij ſonātis vel volātis. Sed vt dt Grego rius qui non metuenda in infimis metuūt a ſū mis metuēda patiuntur. Fac igitur o clauſtra lio de corpore tuo ſicut eſcuarij ꝯſueuerunt fa cere de equis vmbraticis. Urgent enim eos for titer calcaribus ꝛ inuitos ac reſilientes faciūt eos per loca que plus reformidant frequenti us pertranſire. Sic tu carnem tuam licet ſen ſualitate ſeu anima ſecundum ſenſualitatez re pugnāte ad grauia opera cogas vt vitiū vm bracitatis excutias ad eadē. plura enī nos ter rent ꝙ premūt. Dicit ſeneca ꝛ plus opinione ꝙ re laboramus. Attēde corpus tuū morē gere re equi eſpauentū habētis qui ī egreſſu de ſta bulo claudicat. poſtea vero in ꝓgreſſu rigore tibie ꝓpter motū a calore cōſūpto recte vadit ꝛ ambulat. ſic amore ꝛ feruore ſpūs in ꝓgreſſu operatiōis cōceptio corpus tuū qđ quaſi in pri cipio claudicabat ad opera ſtrēnuū ꝛ fortē īue nies. Attēde male timentes carni ſue cayn aſſi milari q̄ vt ſcriptū eſt Geñ. 4. Ad orietalē pla gam edez vagus ꝛ ꝓfugus declinauit. Edē deli cie interpretat. Quid eſt ergo ad orientalē pla gam edem declinare niſi ad carnis voluptates que nobis ꝯtemperāde ſunt ſicut dicit phūs ꝙ orientalis plaga ſignificat animum declinare. Tales vagi ꝛ profugi ſunt ſuper terram. Uagi dico dum ſequuntur diuitias: profugi dum fu-

Quare equ⁹ eſt timidus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

giunt ⁊ abhorrent moleſtias ⁊ ſi vagi ⁊ profu-
gi ergo ſunt inſtabiles.

¶ De conſtantia in aduerſis contra inſta-
bilitatem. Cap. 75.

SI vis ergo ſtabilitatem animi
habere. accipe remedia fortui
toꝝ vt te aſpa fortūa nō moue
at. de q⁹ remedijs ī libro de re
medijs fortuitoꝝ appellat᷑ ſene
ca ait. De cuius verbis pau-
ca ponamus. Concionatur enim ſecū hoc mo
do. Moriēs inquit. hac conditione intraui vt
extremit᷑ morieris. peregriatio vita eſt cū mul
tum ambulaueris diu redeundum eſt. Itē mo
rieris. Stultum eſt timere quod vitare nō poſ
ſis. Mortem non effugit qui diſtulit. Itē mo-
rieris. nec primus nec vltimus. omnes te ante
ceſſerunt: omnes te ſequuntur. Item peregre
morieris. Ego quod debeo ſoluere paratus
ſum videat fenerator quomodo appellet. Itē
iuuenis morieris optimum eſt enī mori dum
delectat viuere. Item morieris iuuenis: fortaſ
ſis alicui malo te ſeruat fortuna et ſi nulli alijs
certe ſaltē ſenectuti. In ſepulchro iacebis qd
aliud reſpondeam q̄ illud virgilianum. faci-
lis iactura ſepulchri. ſi nichil ſentio non perti-
net ad me iactura corporis ſepulti. Si ſentio
omnis ſepultura tormentū eſt. Quid intereſt
ſi ignis aut fera me cōſumat aut tempora om-
ni vltima ſepultura non defunctorum cura ſed
viuorū. Eſt inuenta ſepultura vt ſcilicet feda
corpora ab odore et viſu ammouerentur. Itē

Mors non timenda.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

idem ſeneca in libro de naturalibus queſtioni
bus. Nichil refert cito an tarde mors veniat.
Nam quod a nobis petit neceſſarium eſt. pu-
ſilla enim res eſt hominum vita. ſed ingens eſt
contemptus vite. Hanc qui contempſerit ſe-
curus videbit maria turbari ſtabit ſuper illaꝫ
voraginem intrepidus ⁊ fortaſſis quo debebit
cadere ꝓſiliet. Quid ad me ꝙ magna: ſint qui
bus parco ipſum perire non magnum eſt. Ni
chil intereſt vtrum me lapis vnus elidat. an to
to monte premar. Item idem. Si volumus trã
quille manere anima in expedito eſt habenda
Siue illam inſidie ſiue morbi petant. ¶ Item
idem. Secum querit ⁊ ſibiipſi reſpondet ita di
cens in libro de remediis fortuitorum. Exula-
bis. et reſpondet. prima eſt vbiq̧ bene es. in li-
bro de moribus. Illud autem per quod bene
es in homine eſt et non in loco. Item dicit ſibi
ipſi. dolor tibi imminet. Reſpondet ſi exiguus
eſt feramus. leuis doloris exigua eſt patiẽtia.
Si grauis eſt feramus. non leuis eſt gloria.
Item idem pecuniam pererdidi. Fortaſſe illa
te perdidiſſet. O te felicem ſi cum illa auarici
am perdidiſti. Sed ſi manet illa ſcilicet auari
cia apud te es tanto felicior quod tanti mali
ſubſtracta eſt aliqua materia. Item idem pe-
cuniam perdidiſti. Reſpondet ⁊ illa ꝙ multos
perdidit. Eris nunc in via expeditior. domi tu
tior. exhonerauit te fortuna ſi tu ĩtelligis in tu
tiore te poſuit loco: perdidiſſe pecuniam dam
pnum putas. remediuꝫ eſt. Item idem oculos
perdidiſti. Rñdet ꝙ multimodis cupiditatibꝰ

Pecuniaꝫ ꝑdere non malum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

via inciſa eſt. oculi ſūt incitamenta vitioꝝ ꝛ du
ces ſcelerū. Itē idem amiſi liberos. Reſpōdet
ſtultus es qui fles mortē mortaliū perierūt pe
rituri heredes illius erāt magis ꝙ tui. educā-
dos illos tibi manducauerit recepit illos non
abſtulit. Itē idē. Amicum perdidi. Reſpondet
aliuꝫ q̄re ꝛ tibi euꝫ queras vbi inuenias. Que-
rere amicum in laboribus inter recta et hone-
ſta officia. Non ad menſam res tanta vt ami-
cus non queritur. Audi chariſſima anima hu
ius philoſophi remedia ſeu ꝯſolatiōes contra
quecūꝗ huiꝰ mundi aduerſa tibi ꝓponētis. q̄
ſi in corde tuo firmiter fixeris quācūꝗ mortez
ſeu quoſcūꝗ mortis apparatus non timebis.
Hec eſt enim vt dicit. Hieronymus maxima ſe
curitas nil timere propter deum. ¶ Notādum
ꝙ ſtabilitas loci facit ad ſtabilitatē animi. In

Stabili-
tas loci ſta
biltatē cor
disoperat

ſtabilis enim eſt anima locuꝫ freqūter muta-
re. Unde Bernardus ad frēs de mōte dei. Im
poſſibile eſt hoīem fideliter figere animū ſuuꝫ
in vno qui nō priꝰ aliq̄ loco perſeueranter fixe
rit corpus ſuū. Nā qui egritudinem animi mi-
grando de loco ad locū effugere nititur ſic eſt
ſicut q̄ figit vmbrā corporis ſui qꝛ ſeipſū fugit ꝛ
ſeipſū circūfert. locū mutat nō animū eundem
vbiꝗ ſe inuenit niſi ꝙ deteriorez facit ipſa mo

Febricitan
tis ꝛ reli-
gioſi mali
idē motus

bilitas. Sicut ledere ſolet egrū qui ipſū circū-
ferendo ꝯcutit. ſicut enī febricitātes ex ipſius
caloris īterioris diſtemperātia ſeipſos agitāt
nec diu ſuper vnū latus iacere poſſūt. Pedes
proiciūt ꝛ brachia extra lectum. ſic multi clau
ſtrales quadam anime diſtemperātia agitati

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in ſilẽtio clauſtri in oratione chori reſidere nõ poſſunt. ſed ocioſi per clauſtri officinas diſcurrunt ⁊ tunc primo in ſuis officijs ſe occupãt cũ pulſatur ad horas. Iſti etiã ſunt quaſi aues incarcerate qui nõ poſſunt quieſcere ſed ſemper percurrũt per capiolam modo huc modo illuc ſaliendo. Tales ſunt moniales que ad modum auis incarcerate ſemper ad feneſtrã locutorij roſtrum habent ⁊ que ab oratorio ad locutorium leuis motu aduocãtur ⁊ vix a locutorio ad clauſtrũ poſſũt reuocari. Tales ⁊ infimitatis ⁊ inſtabilitatis aĩ ſignũ gerunt. tales etiam ſunt ſicut panis de feneſtra qui a venditore ad feneſtram poſitus facilius et ſitius deſiccatus eſt. Ocioſe enim ſeſſiones in portis vel ĩ feneſtris et flatus confabulationum ĩutilium decolorãtes in cordibus huiuſmodi monialium cõſueuerunt generare. et humorem deuotionis auferre. Ille vero que ſe in interioribus clauſtri tenẽt et iuxta verbũ yſaye. iiij. A vento ſe adſcõdunt et celant ſe a turbine viciorum ſecularũ et a tempeſtate ⁊ pluuia noxiarum rerũ tanq̃ panis de armario teneritudinem et humorem deuotionis facilius retinẽt: que ab illis que vẽtum paſcunt ⁊ a vento paſcuntur et ex ſufflant. Item notendum q̃ conſtantia animi ſiue ſtabilitas valde amnirabilis eſt in ſtatu preſẽtis vite que ita inſtabilis eſt vt dicit iob. xiiij. Quod nunq̃ in eodem ſtatu permanet. Ponit etiam ſtabilitas animini hominẽ quaſi in ſtatu ãgelico iuxta verbum ſapiẽtis mulieris dicẽtis ad dauid. ij regũ. xiiij. Sic eſt dominus meus quaſi

moniales ĩ quaſi aues ĩcarcerate

Bona monialis de armario panis:

ſi angelꝰ domini qui nec benedictione nec maledictione mouetur. Sic etiam ille queꝫ cuiuſlibet proſperitatis benedictio nō eleuat, et aduerſitatis maledictio non deicit. Optimuꝫ eſt ergo gratia ſtabilire cor. Hebreos. 13. Et hec dicta de cordis ſtabilitate ſufficiant.

¶ Finis quartus tractatus
Sequitur quintus tractatus.

¶ De cordis datione. Liber. quintus. Capitulum. 76.

Expedito tractatu: de cordis ſtabilitate quinto loco ad tractandum de ipſius cordis datione ſtilum conuertamus attendentes cui cor dandum quare et quomō dādū Cui et quare dico Cordis actori, reformatori, amatori illi ſoli a quo cor impleri poteſt, dandum eſt cor. vnde ipſe tanq̄ portionem nobiliſſimaꝫ ⁊ deſideratiſſimam cor ſibi dari inſtanter petit prouer. 23. Dicens. Prebe cor tuum michi. Si cor tuum eſt ad vendēdum emptorem inſtantiſſimum inueniſti. Si ad auferendum violentiſſimum p̄donem. Si ad donandum importuniſſimum rogatorem. Si enim cor tuum eſt ad vendendum: christus illud multo precio emit proprio ſcilicet ſanguine. ſanguine dico quem amator ad cor tuum comparādum tam abundanter effudit. Conſidera et attende ſi equū habes, ſi veſtem, ſi cibum vis ſcire q̄tū tibi conſtiterunt. Quare q̄ negligis. Attēde q̄tum tu ipſe con-

Cor hoīs xp̄s emit.

ſtitiſti. Es ne tu tibi vilior equo. veſte. vel cibo quorum precium deſideras. Precium autem cordis tui a tua memoria repuliſti in tantũ vt tibi conueniat illud verbuz prouerbiorum. 10. Cor impiorum pro nichilo datur. pro nichilo dari dicitur. quia de ei⁹ cuſtodia non curatur. Et cor ſuum dimittũt abire pro nichilo. cũ chriſt⁹ tanti emerit vt ſolus poſſideret. debes ne vile reputare cor tuum pro quo tot et tãta tibi offerũtur. ſcilicet omnes theſauri celeſtes etiã ab illo in quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtie et ſciẽtie abſconditi coloſſẽ. 2. Itẽ ſi cor tuum eſt auferendũ. nõne chriſtus quaſi pdator violẽtus inumeris verberib⁹ diuerſorũ generũ tribulationibus te afficit et affligit ad hoc vt i corde tuo quod in tantam iniuriam contra ipſũ retines et retinendo perdis ipſũ pacifice gaudere permittas. Vides vaſallos qui a dominis ſuis exheredãtur q cõtra dominos ſuos guerras mouent. et cum alio modo res ſuas non poſſũt retrahere rapinis ſaltem et incendĳs recuperare contendunt. Tali modo xpus tuus multiplicẽ tibi guerrã mou et anguſtias interiores et afflictiones corporis ſuſcitando vt ſit ſaltẽ cordis tui ſpolium valeat retrahere. Si plene cor tuũ ei reddere promiſeris quaſi re ſua recuperata pacem cũ eo habebitur Ideo iuxta monitionẽ iob. 22. Acquiſce ei et ſic habeto pacem. Nam ſicut per ſophonie dicitur. 3. Silebit deus tu⁹ i delectione tua quaſi dicat. Tũc de⁹ placabitur cũ euz dilexeris. O quante virtutis eſt dilectio que ſola deum pacare et placa

Chriſtus quomodo cor pdat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re poteſt. Si vero ei nō acquieueris. quin potiſ
us per rebellem, et obſtinatam volūtatem. ei
reſtiteris nunquaꝫ tibi guerra deficiet. Hanc
guerram neceſſe habes experiri in anguſtijs
conſcientie remordentis. Hoc eſt bellum inte-
ſtinum quod nunꝙ deficiet peccatori. Quis
enim vnquā reſtitit ei ⁊ potuit pacem habere
6.4 dicit iob. 4. quaſi dicat nullus habeto ergo pa
cem cum eo et per hoc habebis fructus opti-
mos dicit idem. Item ſi cor tuum eſt dandum
cui iuſtius dabis ꝙ illi improbo et vehemētiſ
ſimo amatori qui cordi tuo ſibi dato. tam inſe
parabiliter adheret vt etiam ab ipſo corde di
miſſus recedere nō velit ſed reclamet et receſ
ſum contradicat. Itē illi cor tuū prebe cui cor
tuum debes iure viciſſitudinis illi ſcilicet qui
cor ſuum tibi dedit vt cor pro corde dares qꝛ
iuxta vulgare vnum bonū aliud requirit O ꝙ
felix cōmutatio vbi totum et ꝙ commutas et
quod commutatur penes te remanet cū cor tu
um cū chriſti tui corde in tua retines poſſeſſio
ne ouum ſcilicet retines et oboluꝫ. Nonne cor
dis ſui donum tunc precipue tibi fecit quando
vnus militū lancea eius latus aperuit. Ut ad
ipſum cor taꝫ dulce rupto pariete oſtio fracto
per clauem regiaꝫ amoto omni obſtaculo via
tibi pateſceret ⁊ fide recta ac dilectiōe ītegra
ad cor ſuū libere ītrares. et ibidē chariſſia cor
tuum per fidem et meditationē quo ad intelle
ctum. Per amorem ⁊ compaſſionē quantū ad
affectuꝫ ſtudeas collocare. In cuius poſitiōis
ſeu locationis figura preceptū fuit ī lege. deus

Cor iuſte chriſto dā-dum.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tro.31. Quod ī latere arche federis liber legꝫ
poneretur. Quid enim per librum legis niſi
cor humanum intelligitur. qui liber legis ap=
pellatur eo ꝙ in eo lex naturalis ſcripta eſt vt
dicit auguſtinus. Quidꝫ per archam federis
niſi caro x̄pi figuratur: cuius paſſione confede
rati ſumus deo. Quid per latus arche niſi pla
ga lateris chriſti de ſignatur. in quo ponendꝰ
eſt liber idest cor humanum ſecundum ꝙ mo=
net pſalmiſta dicēs. p̄s. 47. Ponite corda ve
ſtra in virtute eiꝰ. virtus chriſti propria amor
eſt in quo tanquam in loco ſuo cor eſt ponen=
dum. Attende autem ꝙ corda dicit. non ora.
multi enim ora ponūt in virtute qui corda ha=
bent poſita in infirmitate vt illi qui grandia
docent et nulla vel minima faciunt. Ingredia
tur ergo chariſſima cor tuum ad cor domini
dei tui quamdiu patet tibi ingreſſus vt res tā
cara tam calumpnioſa. ad planū non remane
at vt tibi dicitur per. Ezechiel. 44. ca. Pone
cor tuum in vijs templi per omnes exitus ſan=
cturarij. Quid per ſanctuarium niſi chriſtus ī
telligitur qui omnes exitus vulnerum ſuorum
tibi aperuit vt tibi pateat liber acceſſus. Non
ne ad turres et municiōes tempore hoſtilis va
ſtationis. Homini multitudo fugere cōſueuit
Aperuit igitur tibi latus ſuum tāquam forta
liciam ſuam vt ibi tāquam in loco ſecuro vale
as latitare. Quod autē ī paſſione et precipue
in lateris apertione cor ſuū tibi dederit patet
per eccleſiaſticum que ſub ſimilitudine fabri
de illo qui fabricauit auroram et ſolem dicēs

Quid po=
nere corda
in virtute.

Eſt deꝰ tur
ris fortitu
dinis.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ecclesiastic⁹.xxxviij. Cor ſuum dabit i cōſumatione opis. Quid ē opis xpi cōſummatio niſi ipſius paſſio i qua opus noſtre redemptionis cōſūmatur. Unde moriens i cruce dixit cōſūmatum eſt. Jo.xix. Tūc enim totum cor ſuum ad diſcoopertum dedit quando inclinato capite emiſſo ſpū aperto latere ſāguis nr̄e redemptionis ⁊ aqua noſtre regenerationis abipſo latere continuo exierunt.

¶ Quomodo cor ſit dandum. Capitulum.lxxvij.

Obediētia eſt datio cordis.

OStēso cui ⁊ quare ſit cor dādum dicere reſtat quomodo ſit dandum. Notandum ꝙ cor datur per amorem. Cor ſuum dat qui amat ſecundum ꝙ oſtenſum eſt ſupra in. Primo tractatu et ideo pertranſimus. Dicitur etiam cor dari deo per obedientiam: que pertinet ad donum conſilij. Eſt enim obedientia de hisque pertinent ad cōſilium et ſuper errogationem. Cor tuum o clauſtralis dediſti quando volūtatem et ſenſum tuum proprium i prelati tui manu reliquiſti ad ſimilitudinem xpi ex obedientia in cruce morientis ⁊ dicentis. Mathe.xx7. Pater in manus tuas commendo ſpiritū meum. Sic tu o clauſtralis mūdo moriēs deo tuo tanꝗ fideliſſimo depoſitorio ſpiritū tuum per obedientiam in manu prelati tui factam ſtudeas commendare. Noli ammirari de eo ꝙ volūtatis proprie derelictionem apello donationē vbi ante commendatio appellatur. Quātum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

enim eſt ex parte dantis datio eſt. ex parte ve-
ro recipiẽtis cõmendatio: qꝛ ex huiuſmodi cor-
dis ſui libera datione ĩfinitiſſimus fructus re-
portatur. Ipſe enĩ cum multo fenore redditq̃d
in manu eius redditũ eſt. Caue ergo clauſtra
lis ne ſpiritum tuum quem per obediẽtiam pre In obediẽ
lato factã reliquiſti preſumas reſumere ne fur tia furtũ ẽ
ti iuditio apud deũ cõdempneris. Ipſa enim
eſt que hominem furem facit. Cum enĩ per vo
tum tranſtulerit dominium ſue volũtatis in de
um ꝛ prelatum et iterum contendit facere pro
priã voluntatẽ vult furari alienũ ꝛ deo ſubtra
here quod ſuum eũ. Et ex quo aufert deo rem
ſuam. Juſtum eſt vt diuinis priuetur beneficijs
Juxta verbum gregorij dicentis dignum eſt vt
ab eius beneficijs ſit alienus qui voluntati ei⁹
nõ vult eſſe ſubiectus. ¶ Noli ergo clauſtralis
proprie ſubici voluntati ſicuti illi qui ſem-
per ſuam volunt facere voluntatem nec alijs
obtemperare ſed ſibi ſemper obtẽperari volũt
O q̃ malũ dominum eligiſti qui proprie volũ
tati ſeruire contendis. Hic eſt enĩ ſpoliator oĩu
bonorum tuorũ rapidiſſim⁹. hic eſt cordis tui
crudeliſſimus tortor vere ſpoliator. Nam ipſa
propria voluntas eſt que merita euacuat. Un
yſayas. lviij. Quare ieiunam⁹ ꝛ non aſpexiſti
quod ẽ dicere. o domine quare nõ placuit tibi
ieiunium noſtrum et reſpondet ibidem dicens.
Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur volũtas ve
ſtra quaſi dicat dominus. non michi placet ie-
iunium vbi voluntas propria retineatur. vere
tortor crudeliſſimus eſt propria voluntas. non



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Propria voluntas tortor eſt.

Religioſ⁹ ſub manu raſoris.

enī cor ſubiectū ſibi requieſcere ſinit et īfinitas facit incurrere leſiones. Attende qn̄ raditur aliciuius barba ꝙ diſciplinate ꝙ patienter ſe habet ſub nouacula ſeu raſorio: permittit ei a raſore caput ſuum verti modo ad dextram modo ad ſiniſtram mētum leuare os aperire ⁊ huiuſmodi ne ſi raſori reſiſtat vuln⁹ reportet ſanguine pilum ſequente. Eodem modo clauſtralis ꝙ diu es ſub diſciplina attende te ſub manu raſoris poſitum non vnius ſed forte pluriū. Quotienis prelatos habes. tot raſores habes ad pilos tuorū exceſſuū reſecandos. Noli ergo clauſtralis ſub raſorio correctionis rebellare quin potius a raſoris manibus patienter te permittas tractari ne leſiones grauiores tā in corpore ꝙ in mente te oporteat reportare. Attende ꝙ ſub manu rudis et inepti barbitonſoris qui raditur magis indiſciplinate et magis obedienter ſe habet eo ꝙ ſi ſub manu talis ſe modicū moueret citius lederetur. Jta ſub inepto et diſcolo prelato plurimū expedit ſe obedientius habere non enim tantum bonis ⁊ modeſtis ſubditum eſſe oportet vt dicit. i. petri. ij. Sed etiaꝫ diſcolis. Notandum autem ꝙ ſunt quidam prelati qui ſine aqua ſubditos radere volūt quod eſt graue illi qui raditur. Quid per aquaꝫ que humectat barbam niſi lenitas quedam ⁊ blandicies deſignatur que correctionem exeuntem a prelato debet preire exire ⁊ etiam comitari. Juxta verbum apoſtoli dicentis. gal. 6. Uos qui ſpiritales eſtis corripite huiuſmodi hominē ꝑoccupatum in delicto ī ſpiritu lenitatis. Uole-

Radere ſine aqua eſt ſine blandicia corripere.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bat apoſtolus humectare barbam radēdā qui in ſpiritu lenitatis correctionem fieri volebat. Quam grave eſt a malo barbario et dentato raſorio ſine aqua radi. Quid per raſoriū dentatū niſi mordax et vitioſa correctio ītelligitur. quod illos qui male radūtur. i. inepte et mordaciter reprehēduntur cogit cum lachrymis faciem rigare. Attende etiam quod ille qui durum et rigidum pilum habet magis laborat ſub raſorio. ſic quod culpam ſuam per defenſionem rigidat ſub diſciplina deterius habet. Noli ergo o prelate aquam dimittere in barba radenda. i. lenitatem et correctionem in correctione facienda. aufer dentes a raſorio tuo. i. conuitiū a correctiōe tua vt malum pilum. i. exceſſū ſubditi tui potius videaris furari quam violenter auferre. Attende etiam o prelate ſub alia ſimilitudine concluſionem eādem. Qui vult aſinum ſuum honorare mollia ſupponere conſueuit ne ſumma ſuperpoſita ledat aſinum et eius dorſum excoriet. ille etiā qui vult quadrigam ſuam trahere modulos quadrige ſue vngit vt ab eis ſuauius et leuius trahatur. Sic tu prelate ſi oneroſum officium vis ſubdito iniungere preces prius et obſecrationes ſupponere non dedigneris pro tempore vt ſubditus onus ſibi a te impoſitum ſuauius et melius poſſit portare. Noli aſinum domini tui cure tue commendatum ſine ſtella ammollire ne contra te recalcitrās reſiſtat et dicat dominus tuus: hoc eſt ad bonum ius. Noli quadrigam onerandam inunctam relinquere ſicut illi qui cum auſteritate et dominio imperant omni ve

Nouacula dentata.

Imperādum cū precibus inſinuat.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tractat⁹ quin. de datiōe cordis deo•
ctione consolatiōis ꝛ dulcedinis resecata. Ta
le= prelatos certe tyrannos reprehendit dn̄s
per Ezechie. 24. Dicens. Cuz austeritate ꝛ po
tentia imperabitis eis et quod insequitur ad=
iungit dicens. Et disperse sunt sunt oues mee.
Inordinatum enim imperium prelatorum se=
quitur dispersio ꝛ dissipatio subditorum. Exē=
plum habetur de roboaz a quo populus israel
decessit eo ꝙ cesionem scorpionum eis fuerat
comminatus. 3. regum. xij. Non dedigneris er
go o prelate cum apostolo pro tēpore obsecra
tionibus vti qui fere vbiqꝫ obsecrabat vbi ipē
poterat imperare. Cum obsecrationibus eniz
vt dicit salomon prouerb. xviij. Loquitur pau
per diues vero affabit rigide. Qui eniz cū im=
perio ꝛ obiurgatione corripiunt similes sūt il
lis qui reficiunt veteres patellas qui dum vnū
foramen volūt obstruere vno ictu male i mul=
ta foramina faciunt in patella. Quid enim est
aliud correctio nisi fractorum vasoruz repara=
tio. Dicit enim Ecclesiasticus vicesimoprimo
Quod cor impij est quasi vas confractum. Si
ergo reparaturus patellam temperat ictum
mallei sui: tu qui cor cōfractum quod multo ꝑ
ciosius est tuo mynisterio habes reparare. Di
sce temperare correctionem tuam. Dicit enim
seneca ꝙ vicia animi sicut vulnera corpis len i=
ter sunt tractanda. Cōtra obstinatos tamen ꝛ
rebelles sicut dicit Gregorius durius est agen=
dum. Attende etiam o prelate ꝙ correctoꝛ de=
bet semper iram sibi subiecere ꝛ nō ab ira subi
ci secunduzqꝫ de bono malachia dicit Bernar=

Correctio fraterna.

Obstinati⁹ cū ira icrepandi.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dus q̄ ira ī manu eius erat. vocata veniebat. nutu ⁊ nō īpetu ferebatur qua cum vellet vtebatur. ⁊ cum nollet non vtebatur. Ideo ⁊ moyſes de dei vīdicta ſuper egyptios loquens ait. Exodi. xv. Miſiſti iraꝫ tuā que deuorauit eos ſicut ſtipulā. Non mittunt iram ſed ab ira mittuntur iracundi qui ſequūtur impetuꝫ ire ſue. Mitte ergo p̄late exemplo dn̄i ante te iraꝫ tuam vt non ex impetu ſed ex deliberatione ⁊ pacato iudicio. culparum exeſequaris vindictā. Ira q̄ꝫo retinenda.
Attende q̄d de ſtulto dicatur in Job. 41. Cum apprehenderit eum gladius ſubſiſtere non poterit. Per gladium iram intellige qui ſtultum apprehendere dicitur cum ab ira ſuperatur. O q̄ melius eſt apprehendere gladium quam apprehēdi a gladio. Sic multo melius eſt irā tenere quam ab ira teneri. Iram ſcilicet cohibere q̄ ab ira cohiberi ſiue ſuperari. non te ſuperet ira dicit Job. 26. Ad idem etiam facit quod de chriſto iudice venturo dicitur in libro ſapientie. 5. Acuet dirā iram in lanceam. Irā acuit ille q̄ irā ſuā cohibet ⁊ animo ſuo dn̄atur ⁊ cū deliberatione ⁊ diſcretione vindictā contra peccantē exercet. Ille autem ab ira acuitꝫ quē ira ſpectat qui nō nutu ſed impetu fertur. Tu vero o claustralis. O ſubdite ſi tibi aliq̄d durū vel dure a prelato iniungitur precepti duriciā per manſuetudinem ⁊ obedientiam ſtudeas emollire. ſicut docet leo papa diens. Humilibus nichil eſt arduū. mitibus nichil eſt aſperum. q̄ꝛ gratia prebet auxilium. et obedientia emollit imperiū. Noli ergo o clauſtralis pp̄ꝛ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prie voluntatis retentionem cor tuuꝫ. Indura re ne priueris de beneficiis. ne merita tua euacuari contingat ⁊ reſumendo ſpiritum queꝫ depoſuiſti furtim commitas. quin potius ſpiritu tuo per veram obedientiā ſpoliatus non tuo. ſed ſpiritu dei tui viuas. qꝛ quāto plus de ſpiritu tuo. i. voluntate tua ſubſtraheſ: tanto amplius de ſpiritu gratie ⁊ conſolationis diuine participabis. Unde in pſalmo. 103. Poſtq̃ dictum eſt auferes ſpiritum eorū et deficient ſubiungitur. Emitte ſpiritum tuum ⁊ creabuntur ⁊c. Et ita ſpiritu proprie volūtatis ſublato: ſpiritus dei emittitur ad creationeꝫ ⁊ renouationem vt creatio ad bonorum nature renouatio ad bonorum gratie reſtitutionem referatur et hec de cordis datione dicta ſufficiant.

Spūs qñ ſ[...]funditur.

¶ Finis quinti tractatus.

¶ Sequitur ſextus tractatus De eleuatione cordis. Liber ſextus. Cap. 78.

DIcto ꝺ cordis datione ad tractandum de eiuſdeꝫ eleuatione procedamus ad quaꝫ nos inuitat. Iere. Treñ. 3. dicens. Leuemus corda noſtra cū manibus ad deum. Cum enim vt dicit ſalomon. Sapienti. 9. Corpus quod rumpitur aggrauat animam et deprimit terrena habitatio ſenſum multa cogitantem. Patet quanta difficultas in cordis eleuatione conſiſtit. Quam illi ſoli nouerunt qui ad ſui cordis erectioneꝫ cognati ſunt. Cor enim admodum grauis ponderis de facili ad

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ima labitur: nec diu in ſũmo teneri poteſt. Dicturi ergo de eleuatione cordis. Prio tractabimus quomodo leuandum ſit. Secundo quare leuandum ſit. Circa primum attendendum ꝙ cor ſurſum leuatur cum ſuperna meditatur ⁊ ad ſuperna ſpe, ⁊ deſiderio tendit, et anhelat cum affectiones ſuas supernorum intentione dirigit ⁊ informat. Eleuate ergo cogitatuz veſtrum in domino figendo cum illis de quibus dicitur in libro ſapientie. 5. Cogitatio illorum apud altiſſimum. Solent vulgariter quidam homines alti cordis appellari qui valde baſſũ cor habent in terrenis ſuffocatum ⁊ attritum. Ille ei. ſol⁹ cor altuz habere dicitur qui alta cogitat ⁊ ad alta tendit. Altum cor habere docet. Eccleſiaſti. 6. dicens. Habe cogitatum tuum ĩ preceptis altiſſimi. Et ne ſufficere videatur cogitatio niſi operatio ſubſequatur. Sequitur ibidem. Et in mandatis eius aſſiduus eſto. Aſſiduus in mandatis eſt qui ab ipſis mandatis per peccandi propoſitum non recedit. Juxta illud Job. 23. A mandatis labiorum eius nõ receſſi. Notandum autem ꝙ licet peccatum profundum ⁊ infimum teneat locum ſi locus peccato debeat dari. nichilominus tamen iuſtus de peccato cogitans dicit cum pſal. 37. Cogitabo pro peccato meo. Non habet cor depreſſuz ſed eleuatum. Cum eniz de peccato cogitat ad dolendum et ad confitendum. Jam nõ ſub peccato ſed ſupra peccatuz eſt ſecundũ illud pſal. 5. Tibi ſoli peccaui. ad hoc etiam pertinet qđ dicitur in pſal. 75. Cogitatio hominis confite

Hoies alti cordis.

ps. 75.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Que cogitatiōes laudāt deum.

bitur tibi ⁊ relique cogitationis diem feſtum
agēt tibi. hominis dicit ideſt rationalis. ani-
mal enim rationale homo appellatur. Sola
enim cogitatio rationalis ideſt diſcreta ⁊ ho
neſta etiam lingua tacente cōfitetur deo ⁊ lau
dat deum. Ideo dicit cogitatio hominis cōfi
tebitur tibi. non cogitatio peccatoris. beſtia-
les cogitationes dicuntur que circa turpitu-
dinem carnalium delectationum verſātur. ta-
les enim nō cogitant vt homines ſed vt porci.
Tales enim cogitationes indiſciplinate nō de
um laudant ſed potius blaſphemant. Et ideo
ſicut dicitur in libro ſapientie. i. ¶ Spiritus ſā

Nota.

ctus diſcipline effugiet fictum ⁊ auferet ſe a co
gitatiōibus que ſunt ſine intellectu. Sane ſine
intellectu ſūt cogitationes inhoneſte ⁊ indiſci
plinate que circa corporis delicias verſantur.
Tales enim ſunt ſicut equus ⁊ mulus quibus
non eſt intellectus. Ab iſtis ergo cogitationi-

Cogitatio mala aufert ſpm.

bus aufert ſpiritus ſanctus nō domum ſed ſe
ipſum cum hmōi cogitationes per ſui frequē-
tiam animam emolliunt ⁊ reſoluunt ⁊ vſqꝫ ad
conſenſum moroſam delectationem cum peri
culi ſui animaduerſione inducunt. Attēde quā
tum aufert dominus cum ſeipſum aufert. Si
vis ergo tantum bonum immotum auferri co
gitationes in te noxie non morentur. Vſque-
quo enim morabuntur in te cogitatiōes noxie
4. dicit dominus per Ieremiā. 4. Nota ꝙ de mo
ra precipue reprehendit cum dicit morabunt.
Quia ⁊ ſi aliquādo cogitationes noxie cordi
adueniant: tamen in corde morari nō debent.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eleuetur ergo cordis tui meditatio vt a corde ad carnẽ nõ defluat. Jmmo in corde ↄcũ corde ſtet⁹ ꝛ maneat vt tibi conueniat illud pſalmi. viceſimo ſexto. Meditatus ſum cum corde meo ꝛ extra ꝛ ſcopebam ſpiritum meum. Attende ꝙ notabiliter dicit ſe meditatum cum corde. Sunt enim multi qui meditãtur in corde pauci vero qui cum corde. Contingit eniꝫ in corde inania meditari ſicut illi populi de quibus dicit ꝙ meditati ſũt inania. Jlle vero nõ meditatur cum corde qui cor ſecũ non habet qui non diſcernit nec aduertit quid cogitat. Ũñ dñs de tali dicit in Jſaya. 57. Abijt vagus in via cordis ſui. Vias eius vidi ꝛ dimiſi eũm ꝛ eduxi eũ ꝛ reddidi ↄſolatiões ipſi. Uagus in via cordis ſui vadit q̃ leui cogitationũ mobilitate ꝛ affectionũ ducit. nõ diſcernẽs q̃ cogitat ſicut hõ vagus neſciens quo vadit. Nichil enim humano corde fugatius dicit Gregorius. Cor vagat foris ꝛ corpus per ſe remanet in choro tanꝙ vicarius. Si cor tuum in eccleſia in ꝓpria ꝑſona nõ deſeruit nõ attẽdens ad ea que legũtur vel cantantur. nõ mireris ſi ab eo diſtributiões canonice auferũtur ꝛ ſubſtrahuntur. Non enim apud deum fructum prebende ꝑcipit qui ĩ propria perſona nõ deſeruit. Jn propria perſona cor ĩ eccleſia deſeruire volebat apoſtol⁹ ephe. 5. Qui dicebat. Loquẽtes voſmetipſis in canticis ꝛ hymnis ſpiritualib⁹ cantantes et pſallentes in cordibus veſtris dño. Si ei laus dei ſacrificium eſt iuxta pſal. 49. Jmmola deo ſacrificium laudis. pellem tantum ſacrificij offe

Meditari ĩ corde ↄcũ corde diſſerunt.

ps 76

Diſtributiones cordis tollũt.

runt deo q̄ ore laudãt ⁊ cor ſubſtrahũt a laude. Attende etiam ꝙ cor tale ſimile eſt nuncio fatuo q̄ ad querendũ modulum ricolarum de domo ad domũ tranſmittit qui tandem nichil reportat niſi derriſionẽ ⁊ laborẽ. Ita cor indiſciplinatum de vna cogitatione ꝯuertit ad aliam ⁊ exulari ⁊ diſpergi per deuia cõpellitur vana ⁊ inutilia cogitando ſecundũ quod dicit Job viceſimo. Cogitationes varie ſuccedunt ſibi ⁊ mens in diuerſa rapitur. Ideo ſubiũgit dominus in p̄dicta auctoritate. Iſaye. ſcilicet vias eius vidi ⁊ dimiſi eum. Cogitur enĩ cordis dominus ſe a corde elõgare quod a ſeipſo elongatur ⁊ per varia dilabitur. Ideo meditare cum corde tuo. Ille enim cum corde ſuo meditatur qui diſcrete ⁊ ſapienter cogitat qui cor ſuũ tenet ⁊ iuxta verbum ſenece. Secũ ꝯſiſtit ⁊ ſecũ moratur. Pete ergo a domino vt cor tuum ab exteriori diſperſitione ad ſeipſum reducat ⁊ ſic conſolationes interiores quas amiſit receden do recuperet redeundo. Et ſic tibi conueniat quod in fine predicte auctoritatis Iſaye ſubiũgit dominus. Reduxi eum et reddidi conſolationes eius. Unde recte poſtꝙ dixit meditatus ſum cum corde meo quaſi exponendo ſubiungit. exercitabar ſcilicet ad meditationem cordis rediens ⁊ ad cor reuertens. O ꝙ laudabile ⁊ vtile exercitium cordis ſui reuocatio et reuocati retentio. quorum vtrumq̧ docet dominus in euangelio Mathei ſexto. dicens. Cum oraueris intra cubiculum tuum ⁊ cetera. Cubiculum intrare eſt cor ſuũ reuocare. oſtium

Nũcius fatu⁹ cor vanum.

Recollectio cordis

Mth. 6.

autem claudere eſt cor ſuum tenere reuocatū quod eſt valde difficile. ¶ Nam cor quaſi de natura ſua de facili elabitur ad vana et corruptibilia cogitanda vnde pſalmus viceſimusnonus. Poſtquam dixit. cor meum dereliquit me ſubiungit. Complaceat tibi domine vt eruas me quaſi dicat per meipſum non poſſum cor meum quaſi auem male introductam ad ſuum reclinatorium reuocare niſi tu me iuues ad ipſum reuocandum. Tu es enim anceps et ſagax et doctus qui tecum habes ſignum purpureum paſſionis tue ſcilicet memoriam ad reuocādū aues ad manum. Unde notabiliter dicit complaceat id eſt ſimul placeat id eſt mihi placeat et tibi placeat. Sequitur ibi et ſcopebam ſpiritum meum. ſcopa ſpiritus confeſſio eſt. Spiritum enim ſuum ſcopare eſt cor ſuum per cōfeſſionem purgare. Sicut i pricipio primi tractatus expoſitū eſt. Et ad hoc conuenit expoſitio caſſiodori ſuper illud verbuz. Cogitatio hominis confitebitur tibi. Primum enī deo confitetur. quando peccata ſua humili confeſſione accuſat et tantum reliquie cogitationis diem feſtum agent deo. reliquie que ex cogitationibus deo conferentibus reliquie ſunt pax et gaudiū cordis. Hee ſunt reliquie illius menſe de qua dicitur. ps. xli. Fuerunt mihi lacrime mee panes die ac nocte. Cogitationem deo confitentē appellamus et illā cogitationē que dolorē de peccato et confeſſione inducit ſicut cum homo tam quam rationalis cogitat de peccato quam dampnoſū quam amarum et quam vile ſit pecare: et huiuſmodi

Retentio cordis.

ps. 39.

Scopare ſpiritum.

Reliquie cogitationis cōfitentur deo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et hee cogitationes ad modum miniſtrorũ po
nunt menſam doloris et penitẽtie et huiuſmo
di. Cuius menſe reliquie ſunt pax et gaudiuꝫ
cordis. felix menſa et felices reliquie. Felices
quoqꝫ qui huiuſmodi pane lachrimarum et re
liquijs gaudiorũ nutriuntur. Eleuare ergo ca
riſſima. pſal. 54. Jactãdo ſcilicet cogitatũ tuũ
ps. 54 in domino et ipſe ſic te enutriet Fac de domino
deo tuo nutricem tuam et poſt cibum lamẽta-
tiones: et luctus reliquijs conſolationis ſatiet
te. Separentur ergo a te cogitationes peruer
ſe que a deo te ſeparant vt dicitur in libro ſapi
entie. 1. Aufer etiam a te cogitationes que ſũt
ſine intellectu, a quibus ſe aufert ſpiritꝰ ſãctꝰ
vt dicitur in eodem. Et q̃ precepit tibi dominꝰ
cogita ſemper ſicut monet Eccleſiaſticus. 3.
Capitulo.

¶ Sequitur ſecundum ele
uatorium cordis quod
eſt ſpes: Capitulũ. 79.

Secundum eleuatorium cordis eſt
ſpes. Scriptum eſt enim in prouer
bijs. 29 Qui ſperat in domino ſub
pu. 29 leuabitur vere enim ſubleuatoriuꝫ
cordis ẽ ſpes. Ipſa enĩ ãte tps q̃dã
mõ ĩtroducit aĩaꝫ ĩ poſſeſſionẽ regni celeſtis
iuxta verbũ apl'i dicẽtis ad hebreos. 3. 6. 7. 10.
Spem ĩcedentem vſqꝫ ad interiora velaminis
Incedentem dicit ideſt incedere facienteꝫ ani
mam ſcilicet ad interiora velaminis ideſt cele
ſtem beatitudinem nobis in preſenti velatam
Vere ſubleuatoria eſt ſpes que ſola altiſſimo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

innititur iuxta verbum yſa. 5o. Qui ambulat in tenebris et non eſt lumen ei. [redacted] in nomi- Speret ne domini et innitatur ſuper dominum deum ſuum. Ambulat in tenebris qui viuit in tribu- lationibus ⁊ aduerſitatibus huius mūdi. Sed lumen conſolationis et gaudij in ipſa aduerſi tate ſpes prebet ei. Spe enim boni illius ad quod tendimus quicquid in via contingat gau dere debemus ſicut dicit gloſa ſuper canoni- Spe eleuamur. cam. Jacobi. Si vis ergo in tenebris lumē ha bere ſpera in domino et ipſa ſpe mediante imi taris ſuper dominum tuum Uere enim ſpe cor deo innititur. Nam ipſa cor ſperantis proijcit in deum. Ipſe vero non ita crudelis eſt. Ut ip ſe ſe ſubſtrahat et in ſe ſperantem cadere per mittat iuxta illud auguſtini dicētis. Cur domi nus totiens ad innitendum ſeu apodiandum nos induceret ſi nos ſupportare nō vellet. Nō illuſor domin⁹ vt ſe ad ſupportādū nos offerat et nobis ei innitentibus in ruinā noſtrā ſe ſub ſtrahat. O ꝙ bonum ꝙ ſecurū eſt inniti tibi o chariſſima amica ſuꝑ deū tuum. dū eni de pro prijs viribus diffidis et de ipſius adiutorio cō fidis ꝓpria virtute te exuis et de fortitudine te induis. Uere intātuꝫ ſubleuatoria eſt ſpes que in odore celeſtiuꝫ currit vnguentorum. Cāti. i. cui conceſſū eſt itrare in ortū celeſtis volupta tis et inde odores afferre ad cōdiendam ama ritudinē preſētiū aduerſitatū Quomodo autē ſpes in odore celeſtiū vnguentorū anima cura re facit determinat benardus ſuper cantica di

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cens Omnino propter māſuetudinē que in tep
dicat. currimus poſt te dn̄e ieſu ꝙ nō ſpernas
pauperē ideſt peccatorē nō horreas. Non enī
horruiſti latronē ꝯfitētē luce.27. Nō lachrimā
tē peccatricē. luce.7. Nō cananeā ſupplicātē
Mathe.15. Nō dephēſā i adulterio iohā.8 Nō
ſedentē in tholoneo. Mathe.6. Nō negātē di
ſcipulū Mathe.6. Actuū.6. Nō paulꝫ ꝑſecu
torē diſcipulorū.6. Nō ipſos crucifixos. Ma
the.27. In odore horū currimus vnguentoruꝫ
Attende ꝙ curſus iſte ſurſum eſt qꝛ vnguētorꝫ
iſtoruꝫ odor de ſurſū venit. Eleuare ergo ami
ca chariſſima i deo te totam ponēdo vt dicere
poſſis deo tuo cū pſalmiſta ad te domine leua
ui animam meaꝫ. ps.24. Et vt ſcias quādo
ps.24. eleuatio iſta ineſt anime per ſpei confidentiaꝫ,
ſubiungitur deus meus in te cōfido non erube
ſcam. Quaſi dicat per confidentiam ſpei ani=
ma mea ad te eleuatur. Capi.80.

TErtium cordis eleuatorium eſt
deſiderium. Si enim deſideriuꝫ
fames eſt cordis iuxta illud vul
gare ꝙ cor dicitur eſurire quod
deſiderat Neceſſe ē ꝙ cor deſide
rans poſt rem deſideratam tan
tāꝗ poſt cibū ſuum eleuetur. Sicut canis poſt
cibum ſurſum ſibi porrectum ſalit. ymo poti⁹
ſicut auis nobilis poſt predam ſuam ſe ipſam
Eleuatio nē docent animalia agitat et collum extendit. Et licet getiis detē=
ta pro ſua poſſibilitate eleuatur. Cum ergo a
mica o chariſſima i loco mūdo ſcilicet iſto ſis
cōſtituta ſurſū ſit preda tua, eleuare tāꝗ auis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

famelica predaria poſt ſolum chriſtum cordis tui ſolam predam cupiens cum chriſto diſſolui a gecíjs neceſſitudinis carnis et eſſe cum preda tua xp̄o tuo cuſus viſione et pñtia ſatieris vt tibi conueniat verbum dictum vide in. Geñ. 49. Ad predam aſcendiſti fili mi. Ue illis qui ad modum miluis de macello volitantis iniſtis īferiorib⁹ tripas et viſcera capiūt. Iſti ad predā nō aſcendunt ſed deſcendunt nec predam capiunt ſed a preda capiuntur dum carnis vel mundi delectationi bus illa que antur et ideo de corde predario ⁊ famelico poſt predam ſuam ſuſpenſo ſub aquille ſimilitudīe loquitur dominus ad iob dicens. Nunquid ad preceptum tuuꝫ eleuabitur aquilla et in arduis ponet nidum ſuum in petris manet ī preruptis ſilcibus vt Inde contēplatur eſcam ſuam per aquilaꝫ que auis ē ſolitaria ad alta volās ſubtiliter vidēs anima contēplatius deſignatur que ab amore et conuerſatione mūdi ſeparata iuxta illud Jeremie. 3. Sedebit ſolitari⁹ et tacebit, et eleuabit ſe ſupra ſe. In cui⁹ volatu contemplatio in cuius viſu ſubtilis ītelligētia domonſtratur. Querit ergo domin⁹ dicēs ad iob. 39. Nunquid ad preceptum tuū eleuabitur aquila id eſt anima iuſti per cōtemplationem quaſi dicat non, ſed ad meum. Et ponet in arduis nidum ſuum id eſt ī ſupernis tāquā in tuto loco et ſecreto figet mentis deſideriuꝫ In petris manet id eſt in exemplis et dictis ſāctorum qui hic petre appellantur mētis ſtabilitate. In preruptis ſilicibus commoratur id ē

Intestina, viſcera.

Ierem. 3

Iob. 39

Pulchra expoſitio dicti iob.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in cõtẽplatione ſanctorum angelorum quorũ gloria in terra a domino poſita contemplatur et cum ſuſpirio poſtulatur qui dicuntur preru pti quia pars eorum cecidit lucifer ſcilicet cũ ſuis et pars remanſit. ¶ Integra quidem ſunt per qualitatem meriti: prerupti per qualitatez numeri. Inde contemplantur eſcam id eſt criſtum qui eſt cibus agelorum refectio animarũ Hunc cibum tibi cõuenietem o amica eſurias quam videre, comedere et ſatiari eſt ſicut dicit pſalmiſta decimoſexto. Satiabor cum apparuerit gloria. Hunc cibum eſurias cuius ſatietas eſuriem parit ſicut ipſemet teſtatur eccleſiaſtici viceſimoquarto. Qui edunt me adhuc eſurient. Hunc cibum eſurias cuius eſuries ſacietatem gignit ſicut ipſe. dicit in euangelio. Mathei. 5. Beati qui eſuriunt. ꝛc. Hunc cibũ eſurias qui ſola eſurie comparatur, ꝛ habetur Hoc eſt enim ſolum precium ſcilicꝫ eſuries qꝺ a te pro tanto cibo et tam precioſo requiritur. O quam bonum forum reputares ſi cibum delicatiſſimum pro ſola fame, ꝛ vinum delicatiſſimum pro ſola ſiti poſſes obtiere. Eſuries ſane et ſitis cordis tui deſiderium eſt. Soli autem deſiderio omnis cibus omnis potus. et omnis celeſtis ſatietas conceditur. Unde ipſe exponens precium taberne ſue dicit in euangelio. Jo. vij. Si quis ſitit veniat. ꝛ bibat. Item eſurientes impleuit bonis. Hec ſunt bona quibus deſideriũ ſuum dicitur implere in pſalmo. cij. Qui replet in bonis deſiderium tuum. Iſte cibus: iſte potus chriſtꝰ tuus eſt. Hũc deſidera, et

Famẽ iterra mittis dñs.

precium perſoluiſti. Nunquam enim deſiderio denegabit: nec denegare poteſt. Attende tamē quod dicitur. Luce. i. Eſurientes impleuit bonis et qui replet in bonis deſiderium tuum nō determinas quibus bonis quia ipſe ē omne bonum quo repletur deſiderium. ¶ Ideo de iſto omni bono dicit. Ambroſius. Omnia nobis factus eſt chriſtꝰ. Si febribꝰ eſtuas fons ē. Si vulnus habes medicus eſt. Si mortem timeas. vita eſt. Si auxilio indiges virtus eſt. Si cibum queris alimentum eſt. Si viam queris via eſt. De iſto ergo facias tuum totum et ad totum datus ē. Eleuare ergo anima famelica poſt cibum tuum qui cibus nō conceditur niſi anime eleuate. Unde dominꝰ per yſayam. lvi. Poſtꝙ dixit ſuſtolam te ſuper altitudinem terre ſubiunxit et cibabo te hereditate patris tui. Cibus hereditatis tue, ſunt conſolationes diuineque ſoli anime eleuate conceduntur, et tribuuntur.

Ambro. Deꝰ omia i omnibꝰ.

Isai. 66.

## Capitulum. xi.

Quartum eleuatorium cordis intentio recta eſt cuius actiones ad deū dirigere. et quaſi ſurſum trahere. Cuius eſt totam conuerſationem ordinare. Hac intentione dicebat apoſtolꝰ. Philip. 3. Noſtra cōuerſatio ī celis eſt. Quia ītētione regni celeſtis obtinendi opa ſua informabit. Eleuet ergo o amica conuerſationem tuam ītentio recta vt ſolum deum intētionis oculo credas ⁊ a ſolo deo videri cupias q. ij.

Intētio recta ſurſum eleuat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ipſe enim ſol⁹ remunerator tuus. ipſe ſol⁹ mer
ces magnanimis. Ueruntamen ipſa intentio
tua ocul⁹ cordis tui eſt vt dicit xp̄s in euange-
lio. Hoc oculo xp̄m dilectū tuum videas vt am-
plioris amoris tui teneritudine erga te prouo
cetur. Ut iuxta illud vulgare canticū aſpectus
tuus ſimplex ⁊ amoroſ⁹. amicum tuum facias
amoroſū iuxta illud quod dicit ſpōſe ſue ī canti
nti. 4 cis. iiij. Uulneraſti cor meum in vno oculorum
tuorum. id eſt ī vnitate ſeu ſimplicitate intētio
nis tue: me ad ampliorem amorem prouocaſti
O q̄ dulce q̄ tenerum cor quod ſol⁹ aſpectus
vulnerare poteſt. Ue ergo illis qui oculos in-
tentionis ſue declinare ſtatuerunt in terram ſi
cut illi qui actiones ſuas nō ad deū ſed ad mū
dum per peruerſam ⁊ diſtortam intentionē cō
uertunt. De talibus conqueritur dn̄s per ozee
v. dicens. Uictimas declinaſtis in profundum
Et que ſunt victime noſtre niſi penitētie noſtre
Has victimas in profundū declinant qui fauo
rem humanum aut commodum temporale ī ſa
crificijs penitentiarum ſuarū intendunt. Ele-
uetur ergo ītentio tua que ſurſum cōuerſatio
nem tuam totaliter trahat vt illud ſuſpendiū
eligas de quo dicit iob. 7. Suſpendium elegit
b.7. anima mea ⁊ mortem oſſa mea. Quod exponit
Quid ſu- gregorius dicens. Anima appellatur hic intē-
ſpēdiū ſie tio mentis. oſſa vero fortitudo carnis. illud q̄d
ſuſpendit [redacted] ad alta leuatur. Anima ergo
ſupenditur, vt oſſa moriantur. quia amore vite
eterne fortitudinem carnis ī ſeipſa mortificat
Attende ergo cariſſima quod tibi ſuſpendium

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

elegiſti oſſibus tuis mortem quando crucem vite clauſtralis aſcendiſti, vt ſuam ⁊ laudabilē morte quā facit charitas moriaris. Sicut enī mors animā ſeparat a corpore. ſic dilectio dei te debet a mundo ſeparare. Fortis enim eſt vt mors dilectio ſicut dicitur in cāticis.8. Notandum autē ꝙ duplex eſt ſuſpendiū. Unum chriſti in cruce. aliud iude proditoris qui abiēs laqueo ſe ſuſpendit. Math.27. Et chriſti ſuſpendium elegerunt boni clauſtrales cū apoſtolo dicēte ad Gala.2. Chriſto crucifixus ſum ideſt ad honorem ⁊ ſimilitudinē chriſti. In hoc autē ſimilitudo attenditur: vt ſicut in cruce chriſto pedes habuit affixos ⁊ manus ⁊ ſolem vocē habuit liberatam. Ita o tu clauſtralis ī illo qd̄ tu elegiſti crucis clauſtralis ſuſpēdio pedes affixos habeas per ſtabilitatem vt a diſcurſibus ⁊ egreſſibus ocioſis ⁊ inutilibus te reſtringas ⁊ man⁹ vt abſqꝫ licētia nichil des vel accipias. Uocem vero ſolam cum chriſto habeas liberā ad orandum, ⁊ cantandum. pſallendum. legendum. Hec eſt enim vita clauſtralis. Ecōtrario miſer Judas in ſuſpendio ſuo pedes habuit liberos non affixos, manus etiam liberas. vocē vero nō habuit liberā. Uoci enim ſue iter preclusit. quando laqueo ſe ſuſpēdit. Eodem modo tu qui pedes habes liberos ad exeundum ⁊ currendum qui pedibus tuis cum fatua muliere de qua dicitur in prouer.7. ſubſiſtere nō vales in domo ⁊ qui manus habēs liberas ad dā dum ⁊ accipiendum qui in chriſto ſiles ad pſalmos vocem habes preclusam ad cantandū, nō

canti. 8.

Triplex ſuſpendium.

Suſpēſi ſ[unt] q̄ religioſi veri dicūt.

Suſpendium iude.

prou. 7.

Cōtra nolentes cantare ī choro.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cum Chriſto crucifixus ſed iude ſuſpendio es
ſuſpenſus. Reprobato igitur iude tam miſe-
ro ⁊ tam damnoſo ſuſpẽdio. ſuſpendium nobi-
le chriſti eligat anima tua ⁊ mortem oſſa tua.
vt ſicut chriſtus in cruce inclinato capite emi-
ſit ſpiritum. Johan. 19. ſic tu humiliato corde
omnem a te ſpirituoſitatem ideſt omnem pro-
prium ſenſum: omnem propriam voluntatem
emittas. Eleuare ergo chariſſima vt ea q̄ ſur-
ſum ſunt: cogitatione, ⁊ intentione queras, ſpe,
⁊ deſiderio ſapias. non que ſuper terram. Hec
enim que ſurſum ſunt quattuor eleuatoria cor
dis ſcilicet cogitatio. ſpes. Deſiderium, inten-
tio poſſunt deſignari per illos quattuor annu-
los aureos quibus archa dei eleuabatur vt le
gitur in Exodo. 28. ca.

¶ Quare cor eleuandum eſt. Cap. 82.

Dicto quomodo cor ſurſũ eleuan
dum eſt. reſtat dicere quare ele-
uandum eſt. et ſuper hoc poteſt
ratio q̄druplex aſſignari. Pri-
ma eſt quia ſurſũ eſt patria tua
et naturaliter quilibet ad natu-
ram propriam tendit. ⁊ in ea libentius commo
ratur. Non enim habemus hic manentem ci-
uitatem ſed futuram inquirimus. Dicit apo-
ſtolus ad Hebre. 13. Attende mundum iſtũ pa-
triam cordis non eſſe. imo potius alienaꝫ. Ue
ergo illi qui in tam alieno loco cor ſuum depa
triauit. Ubi cordi cõmoda. imo omnimoda re
quies denegatur. Licet enim cor infima iſta fu
rore, et infirmitate, vel egritudine agitatum ap

Loc⁹ natu ralis nr̄.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

petat: tamen in eis non quieſcit. Quia igitur Juxta philoſophorum ſententiam requies eſt in loco ad quem naturaliter mouetur. Patet ꝙ animus humanus non mouetur naturaliter ad terrena cum in eis non quietez ſed afflictionem inueniat. vt dicit ſalomon ī Eccleſiaſte. I. Ad illud etiam notandum eſt ꝙ ſint ſicut dicit Tullius. Nos ſumus auidiſſimi, appetentiſſimiqꝫ honeſtatis. Honeſtas autem deſurſuz eſt. Ergo cum nulla res habeat duos contrarios motus aut duas quietes naturaliter certum eſt ꝙ ſpiritus humanus non deſcendit deorſuz naturaliter nec quieſcit ibidez, generaliter ſurſum tendat. Ipſa enim figura hoīs hoc oſtendit. Cetera enī animalia vt dicit philoſophus natura vultum ad terram deijciunt. Hominuz autem vultum dedit erectum. Noli ergo aſſimilari iumentis inſipientibꝰ vt iumentū more incurueris ad ima cum ſpiritus tuus naturaliter tēdat ad alta. quod innuit ſalomon ſub queſtione quam mouet in eccleſiaſti. dicens. Quis nouit ſi ſpiritus filiorum ade aſcendat ſurſum ꝛ ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum. Eccleſiaſti. 3. ca. Ca. 83.

Secunda ratio quare cor ſurſū eleuanduz eſt quia ibi theſaurus nr̄. Ibi eī ponimꝰ q̄cq̄d boni veri facimꝰ ꝛ vbi ē theſaurꝰ tuꝰ ibi ꝛ cor tuū vt dt̄ dn̄s ī euāgelio. Mathei. 6. Attende ꝙ cor ſequitur theſauruz. ve autē illi qui in terra theſaurizat quaſi ꝑ ꝯñs cor ſuuz in terra loco

Theſaurꝰ noſter d̄ſurſum eſt.

tam indiſconuenienti cordi ⁊ tam extraneo tã periculoſo tam pniciofo exulabit. Vñ chriſoſtomus nobis exponẽs euangeliũ dicit. Nolite vobis teſaurizare in terra quia de terra nõ eſtis nec de terra veniſtis. Sed de celo eſtis et de celo veniſtis ⁊ iterum in celũ redituri eſtis niſi vltro volũtarij in terra volueritis remanere. Illuc ergo dicit chriſoſtomus ꝯgrega ſubſtantiam tuam vbi patriam habes. Qui enim collocat in terra theſaurũ non habet quid ſperet in celo. Ut quid ergo aſpicit celuz ſi nichil habet repoſitum. Attende quis pauperem iudicaret diuitẽ effectũ ⁊ ſibi ſufficientẽ ſi eidem in auro ⁊ argento ſeruiretur ĩ alieno hoſpitio recepto ad menſam cum nichil liceret ei extra hoſpitium deportare. oſtium huius dom⁹ aliene mundi ſcilicet mors eſt ad quod iudex aſſiſtit vt dicitur. Iaco. 5. Ubi dicitur. Ecce iudex ante ianuaz aſſiſtit. Quicquid ergo in eo tibi confertur: totum reputa alienum ſuper illũ locum euangelij. Si in alieno non fuiſti fidelis. Dicit Ieron. ꝙ alienuz eſt quicquid hui⁹ ſeculi eſt, q꞉ preter naturam eſt. Et pro tanto dicit iſta temporalia eſſe preter naturam. q꞉ ſũt preter id ad quod natus: ideſt creatus eſt homo. Nam creatus eſt vt deuz agnoſceret, ⁊ agnituz diligeret, ⁊ dilecto frueretur. Cũ ergo bona huius mundi preter naturam ſint ⁊ ea penes hoſpitem oportet relinquere in egreſſu. Noli,o diues ſicut apoſtolus docet ad Roma. 11. Sublime ſapere nec confidas in ĩcerto diuitiarum. Nõ ſunt enim hominis bona que ſecum defer

Nõ nichil hic poſſidet.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re nō poteſt. Sicut ait Ambroſius in epiſtola ad paulinum ⁊.1.Thi.6.Sola miſericordia comes eſt defunctoꝝ. Illud ſolum tuum reputa quod pauperibus erogaſti. O ꝙ bonus quaz neceſſarius comes eſt miſericordia. Iſte eſt comes qui facit locum vnicum ſecundū meritū operū ſuorum dicit Eccleſiaſticus. Iſte eſt comes qui cauſam hominis defendit et allegat efficaciter ꝓ eo ſicut dicit ꝓpheta pſalmo.11. Iocūd⁹ homo qui miſeretur ⁊ comodat diſponit ſermones ſuos in iudicio. qꝛ talis diſponit ſermones ſuos ī iudicio. Iſte eſt comes qui eū quez cōmitatᷣ de omni malo paſſu eijcit. Liberat eniz a morte vt dicit Thobias. 4.12. Noli ergo o diues talem famulum talem aduocatum talem pugillem poſt tergum tuum relinquere ſicut illi q̄ res ſuas auare cōtinentes nichil in vita per manus ꝓprias pauperib⁹ diſtribuūt. Sed eas poſt vitam per manus alienas diſtribuendas diſponunt expectātes ꝙ tunc fiat eis ſorbiciuncula cum mortui fuerint. cū tamen dicat Eccleſiaſti.xviij. Ante lāgorē adhibe medicinam. In celo ergo theſauriza tanꝙ in tuto ⁊ nō in terra cum illis qui theſaurizāt ⁊ ignorāt cui cōgregabunt ea pſal.38. In celo repoſuerat ⁊ theſaurizauerat qui dicebat.ij.Thimo.i. Scio cui credidi ⁊c. Attēde ꝙ mercatores ſcire volūt cui credūt ſua ſi emptor bon⁹ eſt ſi bone cōuentionis. Quare ergo non attendis cui labores tuos ⁊ operationes tuas credis. O ꝙ ſtultus mercator es. ſi mendaci mundo et tam male conuentionis quicquid agis ⁊ quicq̄d la

Laudatur ...nia.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pro quo laborandũ

boras committis. Stultus quidẽ mercator es ſi totum ſtudium et totam intentionem ponis in mundo. ⁊ magnos pro ipſo labores. nullas vero vel modicas pro chriſti pauperibus facis expenſas. Sic labores tuos in aliena domo dimittis contra doctrinam ſalomonis dicentis Prouerb. 5. Labores tui non ſint in domo aliena. vere domus aliena mundus eſt. nõ enim reddit depoſitum quod in morte apparet precipue vbi mundi amator ad modum fatui mercatoris proprijs mercibus ſe ſpoliari percipit ⁊ defraudatum. Scias ergo ⁊ cognoſcas amica chariſſima cui credas ideſt credentias tuas facias. illi ſoli labores ⁊ operatiões tuas committas qui potens eſt depoſitũ tuũ ſeruare. 2. Thi. 1. et tibi mercedem pro laboribus tuis reddere. Reddet enim deus mercedẽ laborum ſanctorum ſuorum. Sapien. x. Quicquid pro mundo feceris tanq̃ perditum habe.

Mũdꝰ ſaccus ptuſꝰ

Mundus enim tanq̃ burſa perforata eſt vbi quicquid ponitur elabit. Noli eſſe de illis ſtultis mercatoribus de quibꝰ dicit dominus per Aggeũ. 1. Qui congregauit merces miſit eas in ſaccum pertuſum.

¶ Tertia ratio cor ſurſũ eleuãdi. Ca. 84.

Tertia ratio quare cor eleuãdũ eſt. Quia patrẽ habemus celeſtem. Celeſti autem patri filij celeſtes conueniunt. Qualis enĩ celeſtis tales enim celeſtes. Dicit apoſtolus. 1. Corinth. xv. Uñ orantes dicimus. Pater noſter qui es in celis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Mathei.xvi. Noli ergo o amica chariſſima a tali ꝛ tanto patre eſſe degenerans immo celeſtem patrem habens celeſtis eſto filia celeſtia querendo, celeſtia ſapiendo. Item a patre celeſti petas celeſtia non terrena cuius manus tornatiles. Cantico. 5. i. Faciles et habiles ad donandum. Sicut enim res tornatilis facillime vertitur vel voluitur. Dicitur enim habere manus plenas iacintis. Iacinctus celeſtem habet colorem in quo notatur bonoꝛu͂ precioſitas dat ergo pater tuus de leui: qꝛ manus habet tornatiles. Dat habu͂danter qꝛ manus habet plenas dat etiam de bono qꝛ iacincto plene ſunt. i. donis celeſtibus. Cap. 85.

Pater filium ad ſe eleuat.

Quarta ratio quare coꝛ eleuandum eſt. Eſt plenitudo ꝛ perfectio omnium bonoꝛum que ſurſu͂ ſunt. Ut quicquid volueris aderit ꝛ quod nolueris aberit vt dicit Gregori⁹. Nichil exterius quod appetatur. nichil interius quod faſtidiatur. Ibi beata vita vt dicit Auguſti. in ſuo fonte bibitur que beata vita eſt vt idem dicit. cum id quod eſt omnibus optimum ꝛ amatur et habetur. Ibi ſanitas abſq; infirmitate. ibi iuuentus ſine ſenectute. ibi ſacietas ſine faſtidio. ibi libertas abſq; ſeruitute. ibi pulchritudo abſq; defoꝛmitate. ibi i͂moꝛtalitas abſq; paſſibilitate. ibi abunda͂tia ſine i͂digentia. ibi pax abſq; pturbatione. ibi ſecuritas abſq; timoꝛe. ibi cognitio abſq; ignoꝛantia. ibi gloꝛia abſq; ignominia, ibi gaudiu͂ ſine triſticia. Ecce duodecim bona celeſtis patrie tetigimus que ſunt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

duodecim fructus ligni vite de quibus. Joan. in apoca. a quibuſdam appellantur. Dicas ergo chariſſima ſicut dicit Auguſtinus in libro confeſſionum. O celeſtis iheruſalez domus luminoſa ad te ſuſpiret peregrinatio mea ⁊ poſſideat me in te qui fecit te ⁊ me.

¶ Finis ſextus tractatus.

¶ Sequitur ſeptimus tractatꝰ. Quomodo cor debet ſcindi. Liber ſeptimus. Ca. 86.

DIcto de cordis eleuatione de eiꝰ ſciſſione. Dicenduz eſt ad quod nos inuitat dominus per Joelem. ij. Dicens Scidite corda veſtra. Sciſſionem autem quem facit cõtritio pretermittentes: ad tractandum de illa que pertinẽt ad domum ſapientie iuxta noſtrum propoſitum conſiderationis noſtre oculum conuertamus. Scinditur cor cum ab omni carnalitate ſeparatur. Cuz ab omni affectu illicito purgatur ⁊ depuratur. cui ſolus deus ſapit. cui totum deſipit ꝙ deus non eſt. In cuius figura dicitur de nathan i Eccleſiaſti. 46. Surrexit nathan ꝓpheta quaſi adeps ſeparatus a carne. Per nathan ſignificatur cor dono celeſtis patrie impignatum dulcedine. Nathan enim donum gratie adeps pinguedo interior interiora iecoris et inteſtina operiens per quem perfecte charitatis affectio deſignatur. hec eſt ei pinguedo inebrians cor. a mũdo penitus alienans de qua dicit dominus per Jeremiam. 31. Inebriabo animas ſacerdotum pinguedine.

Quibꝰ modis ſcinditur cor.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hic ē nathā ideſt anim⁹ dono celeſtis dilectionis ĩpiguat⁹ adeps appellat᷑ ideſt ſeparat⁹ a carne id ē ab oĩ carnis inq̄namēto ⁊ ab oĩ inordinato affectu carnali a cōſortio carnaliū: vita ⁊ morib⁹ ſegregat⁹. Iſta autē piguedo caritatis pfecte de qua loq̄mur ptinet ad ſapientiam Eſt ei dilectio dei honorabilis ſapiētia vt dicit eccleſiaſti. i. Id ē cauſa honorabilis ſapiētie q̄ res ſapiūt prout ſunt. vnde ſapientia a ſapiendo dicitur vel a ſaporanda ĩ eodem. Sapiētia doctrine ſecundum nomen eius id ē talis eſt q̄lis ſignificatur ex nomine ſcilicet ſapiētia ideſt ſcientia que ſapit et ſaporem habet. Sapidam enim ſciētiā habet cui res ſapiunt prout debēt quas agnoſcit cū ſcilicet mala culpe id eſt peccata ſūt ei amara, bona temporalia vilia, ⁊ bona ſpiritualia cara. Unde dicit bernard⁹. Inueniſti plane ſapientiā ſi prioris vite defleas peccata, ſi huius mūdi deſiderabilia paruipēdas, ſi eternam beatitudinē toto deſiderio concupiſcas. Inueniſti ſapiētiam ſi tibi ſingula ſapiūt prout ſunt. Attende tamen ꝙ ſtrictius ſumitur ſapientia pro cognitione ſuauitatis diuine p experientiam habita ad quam ſuauitatem experiendam nos ĩuitat pſalmiſta dicens. triceſimotertio. Guſtate et videte quoniam ſuauis ē dominus. Notādum ꝙ primo dicit guſtate, poſtea videte quia experiētia guſt⁹ diuini cognitionem generat. Hic eſt ꝙ poſtꝙ. Jonatas mel guſtauit illuminati ſūt oculi ei⁹ vt legitur primo regum decimoquarto. Per mel diuine bonitatis dulcedo deſignatur quam q̄ guſtauerit

Quid ſapientia.

Guſtādum pri⁹ ꝙ vidēdum.

ps. 33.

1. Regū.

eius viſus interior confortatur. Unde de forti
prou. 31. muliere dicitur ī ꝓuerbi. 31. Guſtauit et vidit
quoniam bona eſt negotiatio eius. Unde gre=
gorius. eius ſuauitatē nō cognoſcitis quia mi
nime guſtaſtis. Attende etiam quod dicit gu
Hic tamē guſtamus ſtate nō comedite nō bibite quia quicquid po
teſt homo in preſenti vita de dei bonitate per=
cipere. non eſt niſi quedam preguſtatio ſicut
vini clamatores parum vini ad guſtandum of
ferunt vt ſuauitate guſtata īuitentur ad emen
dum. Hunc guſtum expertus erat auguſtinus
in libro confeſſionum dicens. Aliquando ītro
ducis me o bone iheſu in affectum multum in
ſitatum introrſum neſcio in quam dulcedinē
que ſi pficiatur in me neſcio quid erit ꝙ in vi=
ta iſta non erit. Sed recido in hiis erumpno=
ſis ponderibus et ſolitis reſorbeor et multum
fleo. Hic eſſe volo ſed non valeo. Ibi valeo. ſed
non volo miſer vtrobiqꝫ. Attende chariſſima
auguſtinum introductum in affectum inuſi=
tatum et introrſum: ipſum tamen pōdera erūp
noſe et corrupte nature ab illo ſtatu felici re=
uocabant. Iſte autem affectus multus et inu=
...or vehemens. ſitatus comparatur amori extatico qui ama
re per amores vulgariter appellatur Extaci=
tus enim dicitur ab extaſi. Unde amor extati=
Amor extaticus. cus dicitur qui mētes alienat qui non ſinit cor
aliud cogitare niſi circa rem dilectam. Sumi=
tur tamē amor extaticus in bono aliquando
ſecundū ꝙ de eo loquitur dyoniſius qui appel
...onisius. de di... lat amorem extaticū illum amorem qui totali
...nis no. cap 4. ...o. 12 q. 28. ar. ter transfert amante in vſum et profectū ama

ti. Tali amore ſicut idem dicit nos deus dilexiſ ſe totum in vſum noſtrum et profectum totaliter transferens. dicēs de tali amore. Eſt amor extatic⁹ q̄ nō ſinit ſuos eſſe amātes: Sed amatorum. Sumitur etiā aliter extacit⁹ pro amore mētē alienante ſecundū q̄ extaſis dicit alienatio q̄ ſcilicet amor apō medicos ereos appellat, eſt aūt amor ereos magnū deſideriū cū magna cōcupiſcētia, et afflictione cogitationū. heres dicūtur viri nobiles q̄ ſemper mollicie et delicias vite querunt et ſubiecti ſunt huiuſmodi paſſioni licet autem amor iſte valde ſit reprehenſibilis: tamen humanum animū valde reprehendit et confugit in hoc q̄ creature tam miſerabiliter īheret, q̄ ſuo creatori a quo ei ad quā factus et poſſet et deberet tam feliciter īherere. Ut ergo comprobemus et cognoſcamus. vnum amorem per alium. Notanduz q̄ huiuſmodi amoris extatici multa ſunt ſigna īter q̄ de ſeptem tangemus qui plus videntur amantibus inherere. Primū eſt q̄ huiuſmodi amoroſi multa concipiunt meditātes, ſed pauca loquuntur, et etiaz pferunt ea que locūtur imperfecte. defectiue enim locutionis ſūt huiuſmodi amantes et maxime quādo cum re amata: vel de re amata locūtur. Hāc defectiuam locutionem anime amoroſe innuit ſpōſa in cāticis. 2. capitulo dicēs. dilectus meus michi, et ego illi. Hic ſupplēdum eſt nō enim determinat iſta quis ſibi ſit dilect⁹ vel, q̄ ipſa ſit dilecto. Ideo ſicut aarō locut⁹ eſt pro moyſe qui ineloquēs erat vt dicitur ī exodo. iiij. Ita ratio decet loq̄

Septem amoris ar gumenta.

Primum multa cogitare et pauca loq̄ .1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pro affectu et ſupplere ꝙ affectus dei amore inebriat⁹ minime ſupplere poteſt. Suppleat ergo aaron verba moyſi. ideſt ratio verba imperfecta affectus amoroſi et dicat dilectus meus michi cõgruit, et ego congruo illi. Quaſi. d. ſi puritas ſi ſpecioſitas ſi generoſitas ſi fidelitas attendatur omnino congruit michi, et ego illi Omnia hec ipſe habet per naturam, et ego dono miſericordie ſue habeo per gratiam. Item dilectus meus michi eſt omniũ laborum, dolorum, tribulationum merces, et premiuz ſecũdũ ꝙ ipſe dicit abrahe. ego ſũ merces tua magna nimis. Gene. 15. Et ego ſuz illi ſcilicet quaſi dicat dilectus meus propter me habendam libẽter omnia ſuſtinuit, et ego ſimiliter ꝑpter ipſũ habendum omnia libenter ſuſtinebo. Itẽ dilectus me⁹ michi totus ſcilicet vixit et tot⁹ mortuus eſt et ego ſimiliter illi tota viuaz: et tota moriar. hoc eſt quod dicit apoſtolus. Ro. 14. Siue viuimus domino viuim⁹ Siue morimur dño morimur ſiue ergo morimur ſiue viuim⁹ domini ſumus. dilectus me⁹ michi eſt ſcilicet quies laborum meorum, ꝛ ſumma deliciarũ ſecũdum ꝙ ipſemet dicit prouer. 8. Delicie mee cum filijs hominum, et in yſaya. 28. Dicit. hec requies mea. reficite lapſuz. Attẽde verba iſtius anime amoroſe quãta indigent ſuppletiõe ꝛ multo ampliori ꝙ̃ tibi ſit expoſitũ Sed apud dilectum non eſt neceſſaria iſta ſuppletio qui bene nouit intelligere amoris ligagium apud quem crebro huiuſmodi locutiones defectiue ꝛ imperfecte ſonant.

Pulchra expoſitio

Cõgruit ſpõſa ſpõſo.

1. 2. 3. 4.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Secundum ſignum amoris deſicca tio membrorum Ca. 87.

SEcundum ſignum amoris extatici membrorum. Amoroſi areſiunt in membris eo ꝙ vehementi cordis applicatione circa rem dilectam multiplicatur ſpiritus ex quo interiorem deſiccationem patientur. Ita et amore vehementi areſcit anima ab omni humore carnalis voluptatis quod ſignanter exprimitur in. Exodo. 14. Ubi legitur ꝙ dominus exſiccauit mare rubrum flante vento vehementi et urenti. Quid per mare rubrum niſi carnalis voluptas deſignatur que recte mare dicitur quia quicquid fantaſtice dulcedinis pretēdit in amaritudine terminatur. Rubrum autem appellatur quia in vicijs carnis cōſiſtat ⁊ ſāguinis. Per ventum vehementē et urentem amor vehemens et affectum carnalē deſiccās deſignatur. Unde ſuper apl'os quando ī aduētu ſpiritus ſācti qui amor eſt facti ſunt amoroſi: factus eſt repente de celo ſonus tāquam aduenientis ſpūs vehementis id eſt vēti vehemētis. Actuum. 2. Qu id eſt ergo ꝙ vētus vehemens abſtulit mare rubrum niſi: ꝙ amor diuinus deſiccat ī amāribus omnem carnis voluptatem et omnem carnalem affectum. et hoc eſt quod valde terret dyabolum. Cum enim loca humentia diligat ſicut dicit iob. 40. Quia ī locis dormit humētibus: loca vero arida fugiat ſicut dicitur in euangelio. Luce. 12. Quia ambulat per loca inaquoſa querēs requiem ⁊ nō

Extinctio paſſionū

Exod. 14. — actuu. 2. — Iob. 40. — Luc. 12.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuenit terretur affectu deſicatio ab amore carnali: quia non habet vbi poſſit greſſum figere in anima vn̄ i huiuſmodi figura legitur i libro Joſue. v. capi. Quod reges chanaā timuerūt valde audiētes ꝙ ſiccaſſet dominus fluuium in aduētu filiorū iſrael. Perflet ergo o amica cariſſima cor tuum vētus vehemens diuini amoris vt in te omnis carnalitatis humor deſiccet et terror incutiatur inimicis tuis demonib⁹ q̄ per reges chanaan ꝑterritos deſignantur. Ut etiam dyabolus qui in aqua deliciarū viuit ad ſiccum poſitus moriatur. Hinc eſt ꝙ cum thobias piſcē qui i aqua ipſum inuaſerat per q̄ dyabolus deſignatur cū eum ad ſiccum extraxiſſet mortuus eſt vt legitur in eodē Tho. 6.

¶ Tertium ſignum cōcauitas oculorum. Capi. lxxviii.

TErtium ſignum amoris extatici et concauitas oculorum. Conſueuerunt enim amoroſi habere oculos concauos ſeu profundos quia oculi ſequūt ſpm̄ ſeſe iuicē retrahentes ad locū eſtimatiue. ſic oculi interiores animi amoroſi qui ſūt intellectus, ⁊ affectus ꝓfundātur in capite id eſt in corde totū enim intra ē quod querit totum intimum quod diligit, extra nihil cupit, intra nihil faſtidit. Item in profundo capitis id eſt cordis habet oculos aīa amoroſa vt videat et inueſtiget et conſideret ne in corde ſit aliquid q̄d amico diſplaceat qui ſol⁹ cor intuetur. Item in profundo cordis habet

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

oculos vt occultos acceſſus, ⁊ receſſus amici ſui videat. Accedit enim amicus quando deuotione inſolita mentē tangit, vadit quando ſenſum dulcedis p̄ntie ſue ſubtrahit. Subtrahit autē huiuſmodi cōſolationē ab aīa vt ⁊ ex ipſa ſubſtractiōe deſideriū creſcat. ſācta eni dſideria dilatiōe creſcūt vt dicit gregori⁹, dſideriū aūt dei animam capacē efficit vt dicit auguſtinus. Unde cum ipſe det vnicuiq̧ iuxta propriam virtutem, ⁊ ipſum deſiderium, capacitas ſit anime ſicut dicit auguſtinus, relinquere ex hoc ꝙ iuxta incremētum, ſeu extētionem deſiderij creſcunt et dona. Si vis ergo impleri farina gratie celeſtis dilata ſinum ſacci tui id eſt creſcat deſiderium cordis tui vt ſic bonis ſuis repleat deſiderium tuum. pſal. ciij. Item hanc dulcedinem ſubtrahit amicus vt anima impaſſibilitatem, ⁊ infirmitatem ſuam recognoſcēs humilietur. Humiliari enim cogit cum ſibi videt huiuſmodi ſpiritualia ſubſtracta ſolacia nihil ſe exſe habere cognoſcens. Item hanc dulcedinem ſubſtrahit vt expenſis et laboribus caueatur. In deuotione enim huius anima amoroſa ſi ei cōcederetur taliter ſe conſumeret vt poſtea cogeretur deuenire ad defectum quod non vult dominus quod in libro. ij. regū. xiij. ca. Signāter exprimitur vbi legitur ꝙ cum abſalon patrem ſuum dauid ſecum ad conuiuium inuitaſſet. reſpondit non ibo fili mi ne grauem te. Sic dominus internorum gaudiorum conuiuium interdicit vt ſibi caueat ab expenſis et labore ne ſcilicet grauetur anima et deficere cōpellat. Hinc

Iuxta ſi deſiderium eſt numerus donorum.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt ꝙ in nuptijs, in chana galilee factis legitur.
ioan. 2. Uinum defeciſſe. vnde maria ītroduci-
tur dicens. Uinum non habent. Quid per vi-
num quod letificat cor hominis niſi ſpiritualis
leticia deſignatur quod in nuptijs ſpiritualibꝰ
frequenter deficit. Quid autem ī hoc loco per
mariā niſi ipſa cordis cōtritio ſeu amaritudo
deſignatur que chriſto nupta anima lamētatur
ſe ſpirituale gaudium amiſiſſe. Sed ei reſpon-
det dominus. Nondū venit hora mea id eſt nū-
dum eſt tempus plene gaudendi. Attēde ꝙ do-
minus quia ipſe eſt ſolus diſpēſator celeſtium
gaudiorum non ſemper vult facere vindemias
Cur deuo- ſed ſecum defert clauem celarij ſui non ſponſe
tio breuis: dimittendo vt in ſua poteſtate eſſet gaudere
cum ipſa ſit debilis nec bene vinum tale poſſit
portare. cito deficeret et omnes labores actiui
.4. ſuſpenſi penitus remanerent. Sed in illa hora
qua mundum veniſſe legitur dominus in euan-
gelio chriſtus ſponſam ſuam corde iā ſolidato
ti. 1. in cellam vinariam canticorum. 1. Id eſt in bo-
norum eternorum effluentiam introducet. Itē
ſubtrahit hanc dulcedinem ob ab anima vt pe-
.5. narum eternarum timor ei incutiatur. Si eni
tam amarum et tam ītollerabile eſt ad tempꝰ
conſolatoria ſpōſi carere preſētia ꝙ ītollerabi-
lis erit illa totalis ⁊ eterna abiectio quādo tol-
i. 26. letur impiꝰ ne videat gloriam dei eſa. 26. Itē
ſubtrahit dulcedinem preſentie ſue ſponſus vt
.6. habita cautius cuſtodiatur. Multa enim pſen-
tie ſue dulcedinem tollunt, que non tollūt preſē-
tiam, vt ī illis qui a verbis ocioſis ⁊ ſcurrilibꝰ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſibi non cauent. qui huiuſmodi ſolatijs vincu- Auertenti ꝯſolationẽ
lis exterioribus innodantes ſe exponũt qui ho
ras ſine attentione dicunt. qui erga ſuos carna
les amicos nimis tenere afficiũtur. Tales ſibi
dulcedinem interiorem precludunt. Attende ꝗ
vehemens amator non ſolum reformidat face
re aliquid vnde amore dilecte priuetur. ſed nec
committit aliquid per quod bonuꝫ vultum eiꝰ
amittat. Dicitur enim ꝙ cordi diligenti gra-
ue eſt ſolam vultus auerſionem dilecte ſuſtine
re. Si ergo o amica chariſſima verax amatrix Suſtine dominum.
tui chriſti es. non tantum timeas mortale pec-
catum committere per quod eius amore ſpre-
ueris. ſed etiam ipſa venialia per que bonus
amici vultus perditur. Bonus vultus huius
amici eſt conſolatio ſpiritualis ⁊ multum per
dit qui bonum vultum galice bone chere ami- Expecta ꝯſolationẽ ⁊ veniet tibi.
ci ſui ꝑdit. Si ergo o amica chariſſima leticiã
ſpiritualem tibi ſubſtractam conqueris expe-
cta ⁊ ſuſtine patienter dominum. Nichilomi- ps. 26.
nus autem conſidera (ianuas) domus conſcientie tue ſi
cut de forti muliere dicitur Prouerbio. 31. per prou. 31.
quas dilectus tuus regredi valeat. vt dilectuꝫ
tuum per rectam intentionem et frequentem ps. 18.
memoriam prouideas in conſpectu tuo ſemꝑ.
⁊ dicere poſſis quod ibi ſequitur. propter hoc
letatum eſt cor meum. Et hoc eſt de anna vxo- Tobie 5.
re tobie. 5. Legitur. ꝙ poſt filium ſuum ſuſpi-
rans nullo modo cõſolari poterat. ſed ſemper
oculos habebat ad omnes vias per quas ſpes
remeãdi videbatur ei.

¶ Quartũ ſignũ ſiccitas oculoꝝ. Ca. 89.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

QUartum ſignum amoris extati-
ci eſt ſiccitas oculorum carentia
lachrymarum niſi fletus eas ad
ducat ex parte rei dilecte. Unde
nec mors proximorum: nec dam
na rerum in amoroſis poſſũt la
chrymas excutere. Ita anima moroſa ad q̃cũ-
q; dampna que ad rem dilectam non pertinẽt
minime contriſtatur. Non enim contriſtabit
iuſtũ quicquid ei acciderit dicit Salomon in
Prouerb. 12. Accidens eſt iuſto quicquid pre-
ter p̃cipalem intentionem ei aduenit. Cum
enim principalis intentio anime amoroſe ſit ĩ
amico delectari quicquid ei preter hoc adue-
nerit non contriſtatur. ideſt ex toto non triſta-
tur. Noli ergo o amica chariſſima dampna ex
teriora lugere dum modo ſolũ illud tibi rema
neat quod principaliter diligis quod principa
liter queris: ſicut nec thobias. 2. 11. cecitatem:
nec ioſeph venditionem ſuam. Geñ. 37. 39. fle
uiſſe legitur. Sed ſolus amor extorſit lachry-
mas cum in egypto videns fratres ſuos excuſ
ſos non potuit amplius ſe continere. Eleua-
uitq; vocem ſuam cum fletu dicens. Ego ſum.
Joſeph quẽ vendiſtis in egypto. Geñ. 45. 49.
Sunt autẽ duo que ab amantibus lachrymas
excutere conſueuerunt. Primum ſunt cantile
ne amoris, et muſica inſtrumenta. quando re-
moti ſunt a re dilecta. tunc maxime recordan-
tur rei dilecte. Cãtilenas amoris appello can
tus Eccleſiaſti. Cãtus iſti o amica chariſſima
dilectum tuum ad memoriam tibi reuocãt. Ut

Exteriora nõ ſunt lugenda.

[.] 37. y 39.

[.] 45. y 49.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in eius memoria liqueſias dilectione et deuo-
tione. Talis amator aderat Auguſti. quando
dicebat in libro confeſſionum. Flebam vberri
me in hymnis ⁊ cāticis ſuaue ſonantis eccleſie
vocibus vehementer affectus. cantu tali te ſtu- Qualis cā
deas excitare. Noli eſſe campana que pulſat tor eſſe de-
ad vacuum ſicut illi qui cum ſciūt ſe audiri ef- beat.
forciant ſe ad cantandum. Talibus enim dicit
dominus per Amos. 5. Aufer a me tumultum
carminum tuorum et cantica lyre tue nou au-
diam. Uere tumultus appellari iure poteſt ꝗc
quid non ſonat in aure dei. Noli ergo cha-
riſſima in cantu tuo aures alienas attendere
ſed illius tantū qui dicit in Canti. 2. Sonet vox canti. 2
tua in auribus meis. Attēde ꝙ amoroſi de ſu-
is amoribus ꝯſuerunt cantilenas componere
⁊ cantando de re amata ſemper cogitant, et co-
gitando cantant. Ita tu in cantu tuo de amico
tuo cogitādo canta vt totus cantus tuꝰ abſor-
beat in chriſto vt poſſis ei dicere illō pſal. 70. ps. 70.
In te cantatio mea ſemper. Attende etiā ꝙ io
culatores rigmos ⁊ cantilenas ꝯſueuert cōpo- Cantandū
nere de illis a quibus dona receperīt. Cum er- domino.
go tibi dn̄s tot dona largitus ſit. verecundum
ſit tibi ei nō cātare cum illo ſcilicet qui dicebat
pſal. 12. Cantabo dn̄o, nō mundo, illi tanꝙ dn̄o ps. 12
qui bona tribuit michi. Itē ſit cantus tuꝰ ple-
nus ⁊ integer non vanus et detruncatus ſicut
ille ſonus qui dicit echo qui de montibus re-
ſonat. De quo dicitur in libro ſapiētie. 17. Re- Sonꝰ echo
ſonans de altiſſimis montibus echo. Echo
non eſt niſi vmbra vocis: ſic non habēt niſi vm



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bram vocis qui ſine attentione ⁊ deuotione cā
tant ⁊ pſallunt. Noli ergo gloriari de bona vo
ce qui non habes niſi vmbrā vocis. Itē echon
fit ex reſultu alterius vocis. Tales ſunt qui nō
cantant in eccleſia niſi alterius exemplo pro-
uocati ſicut quando quis videt alium oſcitare
oſcitat. Ita fit in illis qui in eccleſia quaſi cer-
tatim cantant ⁊ etiam in illis qui in feſto ſan-
ctoꝝ ſuoruȝ quos ſcilicet ſpirituali cultu reue-
rentur ad cantandum ſe efforciant et in feſtis
alioruȝ ſilent de ſanctorum meritis pueriliter
contendentes. Tales ſimiles ſunt fictijs pere-
grinis qui plumbeas imagines veſtibus ſuis
aſſuentes deferunt vt quaſi de ſancto iacobo ⁊
alijs remotis peregrinationibus videātur re-
uerti qui tamen nunq̄ ſanctos illos viſitaue-
runt quorum geſtant imagines. Eodemmodo
huiuſmōi moniales ſeu monachi illos ſāctos
affectione ſeu imitatione nunq̄ viſitauerunt
quorum geſtant imagines quorū cultū ⁊ hono
rem inepta contentione zelare videntur. Con-
tra tales. Dicit chriſoſto. Que eſt iſta iuſticia
ſctōs colere ⁊ eoꝝ ſanctitatē minime imitari.
Primum enim ſanctitateȝ diligere debemus.
Deinde ſanctos qꝛ nō ſancti ante ſanctitatem
fuerunt: ſed ſanctitas ante ſanctos. Et ſicut di
cit Hieronymus fruſtra ſanctos honorat q̄ ſan
ctorum ſpernit ſanctitatē. Sanctos ergo o cha
riſſima affectu ⁊ deuotione ⁊ imitatione viſita
quorum cultum ⁊ honorem colere videris. nec
habeas ita ſtrictum kalendariuȝ in corde tuo.
vt non poſſis comprehēdere niſi feſtum vnius

Cultꝰ ſan-
ctorum ex-
hibendus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſancti vel duorũ. cum dicitur in vulgari ꝙ non ſit ſanctus qui non habeat feſtum ſuum. Item ſonus echon detruncatus eſt. non enĩ reſonat niſi vocis extremitas. Tales ſũt illi qui nolũt laſſari in ſeruitio dei ⁊ non dicunt niſi extrema Amen. Et cum ſpiritu tuo. Item echon vix aliquid diſtinctum ſonat: et repreſentat illos qui pro ſalmodiando balbutiunt ⁊ de prĩcipio cuꝫ multarũ detruncatione ſillabarum cum impetu trãſeunt ad extremũ. Sit ergo o amica chariſſima cãtus tuus integer ⁊ diſtinctus vt perfecte laus reſonet in ore tuo ⁊ ipſum os tuum iuxta verbum pſalmi laude repleatur. Sit cantus tuus plenus. id eſt attentus et deuotus vt ex amore cantando efficiaris amplius amoroſa et iuxta illud apoſto. i. Corinth. xiiij. Pſallas ſpiritu, pſallas et mente. Spiritu. ideſt vocis melodia dicit gloſa. et mente. ideſt mentis intellectu. Scđo qđ excudit lachrimas ab amate eſt cũ de ſeparatione rei dilecte perturbat. Sicut dauid ⁊ ionathas in mutua ſeparatione fleuerunt ſicut legitur primo Regũ. 20. Dauid autem amplius fleuit: fleuit qꝛ amauit. Scriptum eſt enim ibidem ꝙ oſculantes ſe mutuo fleuerunt pariter dauid auteꝫ amplius. Ita timor ſeparationis que eſt quaſi altera mors fletum inducit in amante. Iſte autem timor ſemper comitat amãtes. Unde poeta. Cuncta enĩ timeo quis enim ſecurus amauit

1. Regũ. 20

¶ Quintum ſignum pulſus inordinatus. Cap. 90.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Quintuz ſignum amoris extatici eſt pulſus inordinatus. Omnis enim amoroſus pulſuz habet aut nimis tardum et ratum, aut frequentem, aut velocem ſecunduz diuerſas apprehenſiones quas habet de amato. Tardus eſt ei pulſus amantis duz deſperat de dilecto habendo. Velox dum ſe ſperat a re amata vicem amoris reportare. Pulſus anime affectiones ſunt que veloces ſunt et quaſi cum mutabili celeritate tripudiare videntur dum ſperāt ſe conſequi dilectum ſuum. Talem apprehenſionem habebat qui dicebat in Pſalmo. 83.

diuerſitas pulſꝰ affectionū diſparitatē inſinuat.

83. Cor meum et caro mea exultauerunt in deum viuum. Cor meum dicit ideſt cogitatio mea, et caro mea ideſt affectio mea exultauerūt ideſt extra ſe ſaltauerunt tendentes ſuple per ſpem in deum viuum. Cum autem anima amoroſa peccata ſua, et periculum conſiderat videns etiā meliores, et fortiores cecidiſſe quodāmodo cogitur lenteſcere et ille pulſus affectionis qui ſpe conſequendi dilectum exultauit: timore concepto ex conſideratione peccatorum et ruina vitiorum lentus efficitur. Ideo vbera ſponſe per que affectiones deſignantur quādoq; hynnulo capree. Cāti. 2. Propt velolicatem quandoq; turri propter tarditatez immo certe imobilitatem in canticis comparatur.

¶ Sextum ſignum ſollicitudo profunda. Cap. 91.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sextum ſignum amoris extaciti eſt profunda cogitatio et ſollicitudo verſa ad interiora. ita ꝙ talis amoroſus videtur gerere imaginem dormientis qui non poteſt euigilari niſi cũ de amato ſit ei mentio. Unde ſi cũ huiuſmodi amoroſo loqueris de his que inter homines fiunt que ad amatum non pertinent vix poterit itelligere: Si autem de amato vel quod ad amatum pertineat: audierit ſtatim intelligit et euigilãtis gerit imaginẽ eo ꝙ tota intẽtio ⁊ cogitatio ſua eſt fixa in amato. Eodemmodo anima amoroſa ad verba hominum ſecularium ad rumores qui ad amatum non pertinẽt clauſum et tardum habet intellectum. Si autem de chriſto vel hijs que ad chriſtum pertinent fuerit mentio ibi euigilatur ibi intellectum facilem prebet: et pronum. Circa ipſum enim omnes eius queſtiones verſantur. Unde a cuſtodibus ciuitatis qui ſunt paſtores et prelati eccleſie querit in Canticis. Num quem diligit anima mea vidiſtis. Canticorum. iij. Mos eſt amantium libenter rumores querere de amato. Ue autem anime que obſcurum et pigrum habet intellectum ad capiendum que dei ſunt, facilem vero ſubtilem et promptum ad intelligendum que carnis ⁊ mundi ſunt. Cui rumores de chriſto et de hijs que ad chriſtum pertinent oneroſi ſunt. Fabulationes vero et rumores de mundo et que ad ſolam curioſitatem et carnalitatem pertinent. delectabiles exiſtũt ⁊

Aurẽ pbere de chriſto loquentibus.

.canti. 3.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

libenter audiunt. Hoc eſt ſignum certiſſimū ꝙ in tali aīa deficit amoꝛ dei, ⁊ regnat amoꝛ mūdi. Noli ergo excitari amica chariſſima niſi tibi fiat mentio de chriſto dilecto tuo. Rumores ſeculares et mundanos tanquam fabulas impertinentes in corde tuo nullatenus recipias vt tibi conueniat illud verbum quod legitur. Ps. 118. Narrauerunt michi iniqui fabulationes. Sed non vt lex, ſuple excitauerunt me. Attende ꝙ dicit confabulationes. Quicquid enim ad dei legem non pertinet coꝛ amoroſuʒ fabulam debet reputare. Sic excitatus fuit. Jacob. Gene. 45. Quando de filio ſuo ioſeph alij fratres de egypto reuertentes fecerūt mētionem. Audito enim ꝙ dictum fuerat: filius tuus viuit et ipſe dñatur in tota terra egypti, ſtatim ſequitur ibi ꝙ ipſe quaſi de graui ſopno euigilans non credebat eis.

¶ Ultimum amoris ſignū. Ca. 92.

Septimuʒ ſignum amoris ex taciti eſt ꝙ animus tali amore ſubiectus videt rem rei amāte ſimilem quaſi inſanire videtur. Eodem modo anima amoroſa dum bonitatē, et dulcedinem dei in pꝛeſēti ꝑcipit, que perceptio alius ſuturę beatitudinis quaſi quādam repreſētat ymaginem, incipit alienari: et quaſi inſanire ſicut in petro contingiſſe legitur ī mōte thaboꝛ in transfiguratione xpi videns ymaginem future gloꝛie: ſtatim inſaniuit dicens. Domine bonum eſt nos hic eſſe et cetera. Mathe. 17.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Neſciebat q̄d dicebat et vere neſciebat. Nā ſi-
cut dicit chriſoſtom⁹ audierat ī iheſuralē xp̄m
mortuū eſſe ⁊ tamen dicebat. Bonum eſt nos
hic eſſe. In hoc autē exceſſus ⁊ alienatio petri
notatur ꝙ de ſola gutta quā guſtauerat inebri
atus tria tabernacula fieri poſtulabat. In hoc
etiam ꝙ non ſibi ſed aliīs voluit tabernacula fi
eri liberalitas et largitas cordis diuina dulce
dine inebriati deſignatur. Non enim dixit mihi
vnum. Sed tibi vnum. Moyſi vnū. et de helye
vnum nihil ſibi reſeruans. in quo caritas que 1. cor. 13
non querit que ſua ſunt. i. Cor. xiij. Demōſtrat
Item vere neſciebat quid dicebat q̄ ymaginē
glorie quem viderat veram eſtimabat cū ſcri-
ptum ſit in yſaya. lxiiij. Oculus non vidit de⁹ Isai. 64
abſq̄ te. que preparaſti expectantibus. Illa au-
tem que expectātibus ſe preparauit ſūt cogni-
tio aperta ſūme veritatis, dilectio perfecta di-
uine bonitatis, ſecuritas eterne poſſeſſiōis que
in eo et ꝑ eum habentur.

Finis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Explicit liber de doctrina cordis omnibus chriſti fidelibus tam religioſis ꝙ non religio=
ſis vtilis ac neceſſarius impreſſus pariſius:
per Petrum le roy. Ad expenſas vero Joan=
nis petit bibliopole pariſienſis In vico diui
Jacobi ſub ſigno lilij aurei moram trahētis.
Anno. M.CCCCC. xvij. ſexto die mēſis octo
bris,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte



TOL
BIBLIOTECA
Sala
Númer
5
Pa
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

OLEDO
TECA PROVINCI

DOCTRI
NA
CORDIS

Res.
524

1517
Pariso